

DISPUTATIO JURIDICA
DE
PRIORITATE SUCCESSORUM LEGITIMORUM
ex Jure Novellarum, Provinciali ac
Novissimo.

Quam

*Entbea Triados adjutoriò
Suffragante & consentiente*

*Magnificà Nobiliss. & Ampliss. Facultate
Juridicà in incluta & perillustri Thyrigetarum
Academia*

SUB TUTAMINE

Ampliss. Consultiss. & Clariss. Viri
DN. VALENTINI RIEMERI
Phil. & J. U. D. ac P. P. celeberrimi,
Scabinatus ibidem Adfessoris dignif-
simi

*Patroni & Præceptoris sui certissimi
colendissimi*

Publicè examini subjiciet & pro ingenii tenuitate
propugnabit

ANDREAS CONRADI


Cygneâ-Misnicus.

*In Auditorio Jctorum 17. Cal. Ju: horis
à septima pomeridianis.*

Anno æræ Christianæ

et IVrI & MVIs nostrls beneDICat IesVs.

JENÆ TYPIS JOHANNIS BEITHMANNI.





Præloquium.



Appulis Geographicis materi-
rias haud absimiles esse theoricis ;
Navigationi verò & Itineri Pra-
cticas qui dixerit totànè viâ aber-
rabit ? Ibi etenim lineâ diametrali
& circinis ab urbe ad urbem , à
meta ad scopum pertingere sine
obstaculo , labore , sudore licet : Ast hîc quot mon-
tium summitates , quot proclivitates ? Quot bivia , tri-
via ? Quot , quæso , scopuli , remoræ ? Quanta Pirata-
rum & latronum colluvies ? Quanta ventorum turbæ ,
non turbellæ , sed turbæ turbulentissimæ , imò malo-
rum Lerna sese offerunt . Cum igitur hæ (materiæ
Practicæ) illis (theoricis) propter difficultatem mul-
tis parasangis nobiliores , & non tam scholæ quàm vi-
tæ discendum , ut monet Musarum ille pullus *I. Lipsius*
lib. 1. doct. civ. c. ult. ex Senecæ epist. 107. cum Wesenb. in
orat. de stud. jur. non nodum in scirpo quæremus aut
scarabeo nigriores erimus , si ex illis tractatum de
PRIORITATE SUCCESSORUM LEGIT. sele-
ctum , trutinâ rationis intimius metiamur *arg. l. 25 ff.*
de libert. leg. quò in vita communi nihil utilius , in ro-
stris nihil communius , in Scabinatu nihil frequen-
tius . Quid igitur opus vino vendibili suspensâ hede-
rà ? Quid Soli candelâ ? Res ipsa loquitur seq ; ostendit
arg. l. 1. ff. de Rest. in integ.

THESIS I.

Duo summa capita.

UT nostris igitur stemus promissis ad duo oculos dirigendos esse censemur: 1. Quando Prioritati succedendi locus sit. 2. Quibus Personis & quo ordine illa competat. Ad primum respondent *l. 89. de R. 7. l. 8. C. com. de success. l. quamdiu l. in plurimum ff. acq. hered.* cum scilicet nullus heres speretur testamentarius, quod fit statim atque aliquem intestatum decessisse in aprico est, & hoc contingit IV. modis præcipue. 1. Si nullum testamentum factum. 2. Si factum, sed non jure. 3. Si jure, sed postea ruptum vel irritum redditum fuerit. 4. Si nullus ex eo heres extiterit.

Homonymy, vocab.

2. Catenatim hinc vocabuli SUCCEDENDI homonymia discutienda venit, ne mures plauastro adjunxisse videamur, qua de egit *Forst. lib. 1. c. 1. de Succes. ab intest.* Nobis Succedere idem est quod acquirere hereditatem. & Successio extra casum ult. voluntatis Defuncti hereditatis acquisitio. *Treut. p. 2. disp. 16. Ampliss. Arum. Præcept. meus colendiss. Exer. 11. thes. 1.* Vel est hæreditatis acquisitio jure legitimo deferente, quam definitionem tradit *Ampliss. Dn. Præses in quæst. illustr.* quæ & mihi arridet.

Definitio Nominis, Rei.

Personarum divisio.

3. Personas quod attinet, seposito aliquantulum jure veteri, ne inventis frugibus denuo accusemur vesci glandibus & misâ variâ variorum dispositione, illas dispescimus in Libertinos *de quibus vid. tt. Inst. de success. liber.* & Ingenuos: Horum quidam ob jus generis; Quidam ob aliud jus vocantur; atque alii horum propter conjunctionem, ut Conjuges & Corpora; alii propter necessitatem, ut Fiscus. Illorum vero qui ob jus generis succedunt tres facimus series: DESCENDENTIUM ASCENDENTIUM COLLATERALIUM, quas ordine per transennam hac vice sumus contemplaturi. *per l. 1. ff. de doli except. l. 44. ff. de acquir. poss.*

Subdivisio.

De prioritate Descendentium.

4. Exceptis excipiendis casibus, *ut in auth. præter. C. Unde v. & v. l. 3. C. de bon. mar. & c.* Descendentes præponi reliquis nemo nisi ἀπρωσία διαβολας laborans negabit, cuius rei 8. reddit rationes *Schur. de hered. intest. l. 8.* ubi vide. Et sunt



sunt vel Civiles vel Naturales; ac hi vel more non Legitimo procreati vel Legitimo: atq; hi rursus aut ex postfacto Tales aut primo ortu, seu qui iusto matrimonio quæsitæ & vulgo legitimi ac naturales simul indigitantur.

Species
Descen-
dentium.

5. Sicuti autem Naucleri scopulos quam longissimè prætervehendo, neu fugâ Carybdis incidant in Scyllam cavent: Ut cautus Viator saxa, ligna & nihil non obstaculi è via removet: Sic & nos eorum imitatione circumspectam effingentes prudentiam, illos è medio tollemus qui cursui nostro ad hos remoram objicere satagunt, quales sunt 1. Civiles seu adoptivi an Kindes statt angenommene/qui in duplici intuitu sunt, in specie ita dicti, & Arrogati.

Liberi Ad-
optivi seu
legitimi
tantum.

6. Hi durante adoptione haud secus ac sui heredes existunt *l. 10. §. fin. C. de adopt. & sic observatur quoq; jure Saxonico, modo apud acta pub. coram Judice facta sit adoptio Wesenb. in w. de adopt. n. 5. ita etiam à Scabinis observari testis est Forst. d. l. lib. 5. c. 4. 5. & c. Quinimò testamento præteriti illud impugnare, nec exheredati (puberes scil.) sine causa, à querela repelli possunt §. 4. Inst. de Exher. lib. Disfent. Schneidw. & Forst.*

7. Illi vero aut adoptantur ab ascendente aliquo & eodem jure gaudent *d. l. 10.* Aut ab extraneo, & ab intestato demum cum aliis legitimis & naturalibus sive ante sive post quæsitis succedunt *l. 5. C. de succ. & leg. & omnibus tam agnatis quam cognatis anteferuntur, sicut judicavit Facultas Juridica Jenensis. Mensè Majo Anno 1618. Testamentum autem infirmare nequeunt §. 14. Inst. de hered. quæ ab intest. Ulterior tamen: adoptivi fit heredes adoptantis d. l. 10.*

8. Quid autem est, quod hisce accenseam liberos ex sacro Baptismatis fonte levatos, aut Affines, cum de illis jura nostra altum faciant silentium, & omnis successio illis præcidatur etiâ: Jure Sax. *gloss. Landr. art. 3. lib. 1. ibi: Schwäger-schafft vnd Bevatterschafft hindern am ehlichen Leben / (quo ad compaternitatem tamen Ecclesiæ nostræ id non observant) fördern aber nicht zum Erbe: Sicut nec istis alimenta debentur à Parentibus spiritualibus contra Bald. Fab. & c. assero. Hinc neq; Vitrico succedit privignus, quomodo respon-*

Liberi spi-
rituales.
Affines.

dit *Facultas nostra Jurid. M. Majo Anno 1618.* nec gener socio-
ro prædefunctâ uxore uti *Resp. F. J. Jen. M. Apr. Anno 17.*
Quid si uxori vivæ delata sit successio, & ante partem debitam
perceptam diem obeat? Tunc acceptet maritus sicut *Resp. F.*
J. Jen. M. Mart. Anno 18. Cæterum obstaret hîc nobis *gloss.*
§. 1. verbo Postea Inst. de Nupt. statuens, cognatos uxoris succe-
dere marito, aliis cognatis deficientibus, nisi jamdudum explo-
sa esset, teste Tiriquel.

Naturales
tantum.

9. Ulterius 2. progrediendo invenimus Liberos non le-
gitimo more prognatos, eosq; vel ex mixtione non reproba-
ta vel improbata. Mixtiones non reprobatae (Jure civili) sunt
Contubernium & Concubinatus: Ex hoc (quando nim. cæ-
lebs cum soluta, unus cum una affectu concubinatio comor-
rantur) vocamus Naturales tantum *tt. C. de Nat. lib. seu Nothos*
Nov. 89. τῶν νόθων Panfert / & ad paternam hereditatem
nulla ex parte admittimus, sive legitimi, sive legitimati, ado-
ptivi seu uxor legitima adsit *Nov. 89. c. 12. §. 4. & ult.* ita tamen,
ut exclusi alantur. Prædictis autem deficientibus sextantem
seu duas uncias quin accipiant manifesti juris est, & hoc jus
etiamnum obtinere & observandum esse monet *Schneidw. de*
h. t. de success. nat. lib. n. 1. atq; ita in causa ardua *Resp. F. J. Jen.*
M. Maj. Anno 18. nil mota objectis rationibus in contrarium
Pet. Grego. & Fabri. ad quas in conflictu. Sed quid juris in
Neputibus? Repellendi sunt *d. Nov.* Obstat *Vasq. Covar. &*
sexcenti alii: Hos ta. alimentandos esse non repugno etiam ab
avia paterna ceu hîc *Resp. M. Febr. Anno 18.*

10. Ad maternam verò hereditatem (nisi mater sit il-
lustris) illos vocare nil moror, jussu *SCti Orfic. §. noviss. Inst.*
l. 5. C. ad SC. Orfic. nec hîc quicquam exceptionis,) ut putat
Panormitanus) invenio. Jus autem Sax. Fiscum hisce præ-
fert *lib. 1. Landr. art. 51.* & ita quondam *pronunc. Magdeburg.*
Verum illo rigore non attento jus commune in viridi est ob-
servantia, & textus ille de natis ex damnato coitu accipitur.
Fachs. Reinh. Diff. Hoc addo: moderno tempore, Concubi-
nam illam dici, quæ consuevit alteri solenni copulatione
coram facie Ecclesiæ nondum peractâ, *Ein Rebesweib.*

Ex contu-

11. Ex illo deinde contubernio scil. servili nati, etiam
natu-

naturales dicuntur *l. 88. §. 12. in fin. ff. de legat. 2.* qui nisi ab alterutro (patre vel filio) libertate adepti ne obulum consequuntur *princ. Inst. de servil. cognat.* alias tanquam legitimi admittuntur.

12. Progredimur nunc ad liberos ex improbata mixtione procreatos, qui iterum duplices: 1. Quorum Pater vel Mater vel uterq; aliena, nec civis Romanus est, & per sequelam, juris connubii incapax. 2. Qui à Romanis suscipiuntur, & vel ex coitu non damnato vel damnato. Ex illo vocantur Spurii *ἄθετον ἄρογον* à satione item Varii, seu vulgo quæsitii, *Ausser der Ehe gezeigte vnächtrige Kinder. l. 23. ff. de stat. hom.* ubi vid. Hi cum instar Nothorum in bonis maternis & materni generis admittantur *l. 2. l. 8. ff. Unde cognati §. 3. Inst. ad SC. Orfic.* crambem semel coctam non recoquamus, præsertim cum me non lateat, sententiâ Jenensium filia præmortuæ sobolem spuriam jure repræsentationis aviæ maternæ, una cum filia defunctæ successisse. *M. Apr. Anno 18.* & idem obtinere jure Sax. testatur *Schur. Kling. & c.* licet contradicat *Zobel. p. 3. diff. 7.*

Ex improbata mixtione.

Spurii.

13. Ad hereditatem autem Patris aut paterni generis nullo modo aspirare valent *l. si spurios ff. Unde cognati*, cum sint Apatres *§. pen. Inst. de Nupt. d. l. 23. ff. de stat. hom.* Num etiam ex testamento sint incapaces, quæstio hîc movetur ardua? Affirmat maxima *Jctorum corona ob auth. ex complex. C. de incest. nupt. & auth. licet C. de nat. lib.* Sed nos cum Palcotto negamus *& d. auth. & Nov. 29. c. ult. de damnato coitu accipimus.* Sic hîc *resp. m. August. Anno 17.* in casu ubi Nobilis filiam spuriam instituerat.

14. Ex hoc sunt, adulterini, incestuosi, nati ex matrimonialibus *l. 6. C. de incest. nupt. & auth. ex complex. eod.* & qui sunt ejusdem farinae alii, quos leges usq; adeo nocentissimi prosequuntur odio, ut nec ipsis alimenta debeantur, nedum aliud quid ex bonis consanguineorum *Nov. 89. c. ult.* Sed rejectâ asperitate istâ contrarium juxta *c. 5. Ext. de eo qui duxit & c.* in rostris Sax. pronunciari *Beust. de Matrim. c. 60.* Atq; sic ex marito & soluta susceptum filium (pœnâ gladii deprecatione Uxoris in relegationem conversa) teneri patrem

Adult. incestuosi.



trem alere, *Jud. F. J. Jen. m. Maj. Anno 17.* Ita soboli incestuo-
sæ ex stupro cum privigna vitrici commisso editæ alimoniam
eadem addixit. *m. Feb. Anno 18.* quod insuper ex facultatibus
patris fugitivi nihil adipisci possit. Quatenus hujusmodi ca-
su dos relinqui potest *vid. Geil. 2. obs. 88. & Paleot. c. 49. & seq.*
ubi varias cautelas. Excipe tamen casum hîc si fortè ma-
ter vim passa fuerit, ubi nullum adulterium, sed legitimi libe-
ri censentur & revera sunt.

Legitima-
torum tres
species.

15. Cursum III. nostrum inhibere qui conantur sunt
ex postfacto legitimi seu legitimati *Geestliche Kinder*: 1. Per
subsequens matrimonium & hi in successione eodem quo Le-
gitimi perfruuntur jure *l. 5. l. 10. C. de Nat. lib. Nov. 12. c. 4. & c.*
etiamsi in articulo mortis initum sit, aut aliud intermedium
intervenerit *Geil. 2. obs. 141. n. 8.* cum omne vitium præcedens
purgetur conjugio subsequenti; quamvis de ultimo velitatio-
nes Dd. sint acerrimæ *de quo Forst. d. l. lib. 6. 23.* Idem obtinet
jure Sax. ac ita pronunciatur quoque *Schneidw. d. l. n. 9.* licet
quondam Magdeburgenses hos excluderunt, admissis solum
in matrimonio editis. Num autem in Feudalibus succedant
nostro à foro alienum est, & huc non quadrat.

16. Per Principis 2. rescriptum, quod hodie etiam fit
per Comites Palatinos & isti nihil differunt à legitimis *Geil.*
2. obs. 143. Nov. 89. c. 9. sub. fin. Ab hisce autem excluduntur,
licet ipsi excludant Parentes & cognatos defuncti. Quate-
nus vero si justis extent liberi legitimatio peti & concedi po-
terit, tradit *Geil. obs. 142. n. 8. lib. 2. 3.* Per oblationem Curia
legitimati Patri tantum nolentes volentes, non etiam cæteris
cognatis succedunt *Nov. 89. c. 4. Nov. 29. c. 2.* Sed quia hujus
rei usus nobis nullus est, progrediamur ad utiliora.

Legitimi.

17. Hisce remoris remotis nunc in portu nos naviga-
re autumo; ne igitur impingamus hoc modo primo ortu le-
gitimos dispescimus; Aut ii sunt Proximi (ut in hac serie pri-
mi) gradus, aut Remotioris: omnesque vel unius gradus vel
plurium, ac vel ejusdem, vel diversi generis. 1. Proximi seu pri-
mi gradus (ut Filia vel Filius) si adsint familia herciscitur in
capita *nach der Personen Anzahl / auth. in success. C. de succ. &*
legit. Quod etiam fit si remotiores, ejusdem tamen gradus &
stir-

1. Gradus.

Ulterioris
gradus.

stirpis soli existant, sive ex præmottuo filio plures nepotes, sive ex nepote plures pronepotes fuerint. Una autem soboles semper in solidum succedit.

18. Sin vero diversi generis seu stirpis, jure repræsentationis successio fit in stirpes nach dem Stämmen: l. 2. C. de succ. & legit. Nov. 118. V. G. Defunctus relinquit Nepotes ex duabus filiabus Anna & Maria prædefunctis, ex illa duos ex hac 4. hinc familia non herciscitur in 6. partes, sed in 2. ut duo Annæ liberi non minus percipiant, quam Mariæ 4; & sic in infinitum de similibus idem erit judicium: Ac ita etiam observari jure Sax. test. *Schneidw. d. t. Cap. de lib. nat. & leg. n. 13. & Col. decis. 47.*

19. Plurium deinde graduum concurrentes liberi, si ^{Legitimi plurium graduum.} ve jure proprio sive alieno, quocunq; loco ac numero sint, semper in stirpes succedunt, nec gradu propior ulteriorem alterius stirpis excludit: Veluti, Parens reliquit unam filiam, & ex Filio Paulo mortuo 3. nepotes, & altero Petro 4. Pronepotes: Trientes hinc fiunt, ex quibus unum filia, secundum 3. nepotes, tertium 4. pronepotes accipiunt, & idem obtineret etiam si plures gradus permixti essent.

20. Exinde i. patet: Tot initio debere fieri partes, quot Parens defunctus genuit liberos. 2. Titulum 8 ff. lib. 37. penitus abrogatum & non amplius in usu esse. Et 3. quod huic consequens Jurisprudenciam. *per Nov. 118. sexus ac potestatis discrimine, aliisq; ambagibus & circumventionibus liberatam fuisse. cum Bald. loquor. ob l. 11. Fam. hercisc. Nov. 118. c. 5.*

21. Hinc vero nobilissima emergunt quæsitæ: Anne Nobilium paciones Gentilitiæ, ne scil. foemellæ masculis extantibus, ex æquo succedant cum illis, vel quod modico dotis nomine accepto renunciare paternæ teneantur successioni? Affirmamus cum *Tiraquel. Meis. decis. Cam. ita quoque Prax. Jud. F. 7. Jen. m. Decemb. Anno 17. & m. Martio ejusdem.* Jure Sax. etiam valet hujusmodi renunciatio jurata *lib. 1. Sandr. art. 13.* atq; in locis ubi hoc jus viget (extra ditionem Electoris) coram judice & testibus stipulata saltem manu, *durch einen Handschlag an Eydes stadt / à filia posse peragi neq; eam Prax. ulterius servantem compelli, bis resp. m. Mart. Anno 18.*

B

Quid

Quid si lætio enormis contigerit? Vid. *Nov. Elect. 35. p. 2.*
Num autem jurata renunciatio successionis paternæ à filia
facta jus representationis in ipsius posteris eradicet fundi-
tus, præsertim si vivo patre obierit valdè controversitur?
Nos negamus constantissimè, rationes ad arenam disputatio-
nis differentes, & ita in causa ardua personas illustrissimas
concernente, *Resp. F. J. Jen. m. Apr. Anno 1618.* Nec minus
dubii habet, quinam intelligantur, si lex liberos masculos præ
foeminis vocet? *R.* Qui sexus sunt masculini & ex linea ma-
sculina progeniti. Quid si statutum foeminas arceat? Omnes
sanè ex ea natos arceri existimo, sive masculi sint sive foemel-
læ *l. 175. §. ult. de R. J.*

Prax.

Hermo-
phrod.

22. Quid autem de Hermophroditis statuendum, num
ex veterum superstitione in mare projiciendi? Neutiquam
sed æquè cum sexu qui in iis prævalet ad successionem admit-
tendi sunt *arg. l. 10. ff. de stat. hom.* Hos tamen uti & Nanos
& c. jure Sax. repellit, vult *Zob. p. 3. diff. jur. Civ. & Sax. 24.*
per art. 4. lib. 1. Landr. Quod tamen negat *Daur. de test.* Sic

Posthumi.

nec Posthumum excludimus, modo mortis tempore conce-
ptus, in rerum natura, & utero fuerit, *l. 7. ff. de succ. & legia.*

Prærogati-
va Primog-
genitorum.

23. Cum Jura denique Majoratum seu prærogativa
Primogenitorum legibus Romanis sint incognita *l. 16. 22.*
26. ff. Fam. hercisc. & nos de eis altum faciamus silentium. Ju-
re Sax. potioris conditionis sunt natu minimi, & ejusmodi
(ut mos est multis in locis inter rusticos) prærogativam ha-
bent, ita ut prædia paterna, das *Bauergut* præ fratribus
tolerabiliori pretio retinere possint, aut si nolint vel non
possint certam pecuniæ portionem præcipiant, pro jure uti
vocant, electionis *vor die Ehur oder Ehurgerechtigket.*

Heergewet-
te.

24. Alias jure Sax. generaliter dispositum est, ut ma-
jor fratrum dividat minor eligat vid. *Nov. El. 15. p. 3.* ubi judex
dividit, etiam si plures duobus sint liberi, & ita quoq; in foro
civili observari testatur *Geil 2. obs. 116. n. 14.* Ab eo etiam il-
lud bonorum discrimen juri Civili incognitum introdu-
ctum est, ut alia sint *EXPEDITORIA* das *Heergewette* / zu we-
chen gehören des Mannes beste Pferd gesattelt / sein Schwerte
und Schild / sein Harnisch / Spieß / Heerbette & c. *Landr. lib.*

7. Art.

1. art. 22. Alia HEREDITARIA Erbe / de quibus vid. Urtheil Erbe.
 hunder dem Weichb. sub rub. von Gerade / Morgengab / Alia
 UTENSILIA die Gerade / darzu gehören alle Schaf / Gänse / Kä. Gerade.
 sten / Bett / alle weibliche Kleider / Singerlein / Armgold &c.
 Weichb. art. 23. ubi gloss. Alia CIBARIA Mustheil / welches Mustheil.
 die Frau nach dem dreißigsten nimbt: Weichb. art. eod. Atta-
 men hæc differentia, si ex iisdem nuptiis editi liberi ambo-
 bus succedunt parentibus non attenditur. Quomodo deni-
 que non adentes paternam vel maternam hereditatem, bo-
 na à præmortuo parente relicta & non alienata vindicari
 possunt, ac quomodo dotis proprietas, & antenuptialis do-
 natio servatur. vid. l. 6. §. ult. l. 8. §. 1. C. de sec. nupt. quibus
 consequitur: Ex illis as defuncti alienum eos solvere non te-
 neri. Atq; hæc de fratribus unius stirpis seu Germanis pro-
 lata sufficiant.

25. Ex DIVERSIS III. CONJUGIIS suscepti si extant libe- Diversi
 ri, tum hæc sit nobis maxima: QUOD COMMUNI PARENTI, conjugii li-
 PRÆCEPTIS BONIS à COMMUNIUM LIBERORUM UNIUS PA- beri.
 RENTE acceptis, SUCCEDANT ÆQUALITER. Sed melioris in-
 daginis gratiâ, ita distinguo: Aut liberi concurrunt duorum
 aut pluriû connubiorum: Sin prius, aut fratres erunt Uterini,
 quod fit, si patre mortuo mater mea alteri nupserit & Johan- Mater ante
 nem ediderit, atq; subdist. Num mater ante Vitricum hunc Vitricum
 meum (maritum intell. secundum) moriatur, vel post eum. moritur.
 Si ANTE, tunc et si ego & Johannes frater meus uterinus ma-
 tri succedamus æqualiter in facultatibus propriis l. 4. ff. ad
 SC. Tertull. Non tamen in iis quas à patre meo (puta primo
 marito) acceperat, sive fuerint lucra propriè nuptialia, si-
 ve alia, alio jure titulovè percepta, ita jus est ex U. C. & Nov.
 quia solo usu interdicta alienatione omnimodum, propter
 secundas nuptias nunc potitur (secus tamen jure Novell. quo
 ad lucra nuptialia) Nov. 22. c. 23. & addito discrimine l. 6. C.
 de secund. Nupt. bonorum mobilium & immobilium, ita ut
 in hisce fidejussio requiratur, de iisdem, aut pretio post mor-
 tem, (finito scil. usufructu) restituendis; quam cautionem
 etiam matri injunxit F. J. Jen. m. Sept. Ann. 17. Quin prædi- Prax.
 ctum jus Ego etiam ad liberos meos transmittito l. 7. & 8. C.

Quæst. *d. l.* Quid si Ego ante matrem sine prole decederem? Tunc mater proprietatem reciperet *d. l. 3. §. 1. & l. 6. Nov. 2. c. 2. Nov. 22. c. 26.* In bonis vero à me relictis, fratribus meis Germanis aliis extantibus, Quidnam quæso juris? Tunc matri possessionem vitæ suæ tribuit *d. l. 3.* sed à *Nov. 2. c. 3.* expressè abrogata est, *ut & Nov. 22. c. 46. §. 1. & 2.* ubi differentia additur.

Quæst. *d. l.* Quidnam quæso juris? Tunc matri possessionem vitæ suæ tribuit *d. l. 3.* sed à *Nov. 2. c. 3.* expressè abrogata est, *ut & Nov. 22. c. 46. §. 1. & 2.* ubi differentia additur.

Mater post Vitricum moritur.

26. Sin Post Vitricum, tunc aut aliquid ab eo adpta est, aut nihil: Si NIHIL, adhuc præfata nostra stat sententia: Sin ALIQUID, subdist; inter lucra nuptialia & quæ alio jure ad eam pervenerunt: Ex illis ob itenditatem rationis Ego ne tantillum consequerem, sed Johannes ex asse heres existeret *l. 4. C. saepe d. t.* etiam si mater ad tertia vota non migraverit *d. l. 4. & Nov. 22. c. 29.* Sed gravissimè hîc obstat, quod Johannes non contristetur secundis nuptiis, nec ulla Patri ipsius fiat injuria ac proinde mater binuba mihi etiam posset aliquid leniendæ injuriæ ergo dare, sicuti bona ejusmodi viva extraneo largiri jure Codicis poterat, priusquam Vitrico nuberet? Ast expedita etiam & facilis ad hæc est Responsio.

Obst.

27. De iis autem quæ ALIO JURE ad eam pervenerunt, libera disponendi facultas illi conceditur, si innuba manet *Nov. 22. c. 29. §. 1.* secus si ad tertia vota descendit. In reliquis bonis obtinet canon: MATERNA MATERNOS, PATERNA PATERNOS ACCIPERE.

Fratres consanguinei concurrunt.

28. AUT FRATRES CONCURRUNT CONSANGUINEI, quod fit è contrario, Si matre mortua Pater meus alteram uxorem (Novercam) duxerit; ex qua postea Paulus nasceretur & Eusebius, & hîc dist: Num Pater ante Novercam (secundam uxorem) an post eam obeat. SI ANTE & subdist: aut aliquid accepit ab uxore, aut ex bonis filii alicujus. Sin PRIUS idem ferè juris ac in priori casu est, ideoq; ne repetendo eundem tundamus incudem, vereor. Discrepant tamen in administratione & quibusdam consequentiis, tum etiam in satisfactione, qua Pater nulla oneratur *arg. l. 6. §. 1. C. de sec. Nupt. l. 4. C. de bon. qua lib.* Patescit quoque notabilem hîc occurrere exceptionem illius juris, quo alias inter-

Except.

patrem

patrem & filium ratione potestatis nulla existat obligatio, civilis.

29. Sin POSTERIUS, fat lubricum ad lapsum quæsitum sese offert, & funis extensus super quem non minus ire **Q.** operosum est, num scil. Pater bona filii alterius ex noverca, (puta Eusebii) alteri vid. Paulo æquè teneatur reservare, veluti mater in casu simili? Ego ut uno verbulo rem totam dirimam, negandum censeo, fretus *Novella 2. c. 3. in princ. post med. nec moveor Forst. Geil. Gom. &c. autoritatibus.*

30. Si vero Parens POST NOVERCAM meam moritur, Pater post nihilq; ex bonis ipsius percepit, nuptialia illata ipsius etiam **novercam moritur.** liberi (Paulus & Eusebius) habent præcipua, uti supra *per l. 4. & 5. C. de sec. Nupt.* Sed hoc casu quæro, si parentis nostri relicta bona essent insufficientia, & non responderent utriusque doti solvendæ, quomodo nobis succurratur, & num Ego **Q.** fratribus meis consanguineis (Paulo & Eusebio) sim præferendus? Tunc quemlibet nostrum vindicare res ex dote matris suæ extantes jure proprietatis posse, ac me illis potiore respondet *Nov. 91. c. 1. auth. si quid C. qui portio. in pig.* Pater deniq; de reliquis bonis paraphernis aut receptitiis adeptis prohibitu disponendi habet facultatem, modo non ad alia vota transeat. Sed progrediendum.

31. Plurium tandem conjugiorum liberi concurrentes, si omnes unum communem habent parentem, seu invicem sunt unilateres, V. G. Si Parens meus præter novercam **Plurium conjugiorum liberorum** meam, tertiam, quartam vel plures uxores successivè duxisset, vel mater plures viros, tunc locus regulæ: **EX QUOCUNQUE CONJUGIO SUSCEPTI FILII, SUORUM PARENTUM SPONSALITIAS RETINENT FACULTATES.** verba sunt *l. 4. in fin. C. de sec. Nupt.* Quæ vero extra hæc lucra nuptialia è præmortuorum bonis ad vivum devoluta sunt conjugem, & ob nuptias iteratas amissa, soboles quoq; illa percipit è cuius parentis facultatibus quæq; profluxerunt. Sed quæ ab ultimo defuncto superstes accepit, si viduitatem servat, apud eundem etiam facta testata manent. *Nov. 22. c. 29.* Schema hîc ponere prohibet pagellarum brevitatis.

32. Si vero non unius communis sed diversorum Pa-

rentum liberi ac partim unilateres partim ambilateres existant. theils halbe Geschwister / theils ganze Geschwister / quod hoc modo (ut maneamus in terminis) exemplificetur: Pater meus ducit Novercam, quæ ex alio viro susceperat Petrum & Paulum, & ex eo progignit Annam & Mariam; Tunc hæ invicem ambilateres sunt sorores, collatæ vero vel mihi, vel reliquis Petro scilicet: & Paulo unilateres, MIHI consanguineæ à communi patre: His uterinæ à communi matre (puta mea noverca.) Ego vero & Petrus ac Paulus invicem collati neutro latere jungimur; vulgo vocamur ganze Stieffgeschwister / & latina appellatione Fratrum non venimus. Indigitari autem possumus PRIVIGNI utrinque; vel COMPRIVIGNI per l. 34. §. 2. ff. de Ritu Nupt. Et sumus nobis invicem nec cognati nec affines per §. 8. Inst. eod. Hic casus in praxi est frequentissimus ac in eo regulæ supra traditæ summo flore quoque vigent per l. 6. & 9. C. de sec. nupt. Nov. 22. c. 27.

33. Hic autem controversitur, num inter liberos prioris & posterioris conjugii omnimodo servanda proportio Arithmetica, ut hisce non plus quam illis relinqui queat? Negam. per Nov. 22. c. ult. nisi fiat in fraudem legitimæ & legis, seu contemplatione superstitis conjugis ut per filios ad eum perveniat d. l. 6. in fin. pr. Veluti si mater mea privigno plus quam mihi relinqueret, ut per eum ad Vitricum transfret, id quod etiam in Avo & Avia obtinet d. l. Possent sanè & alii casus fingi veluti si mortua noverca Pater tertiam ducat uxorem & ex eadem gignat liberos &c. vel non gignat, cujusmodi casus Cygnæ IN MEA SORORE (PIÆ MEMORIÆ) CONTIGIT, sed excludimur temporis angustia.

34. Illud non omittendum, quod non verè dicantur liberi duorum pluriumve connubiorum, quando neutris alteruter parens communis est, veluti si in nostra facti specie, Pater & Noverca nullos suscepissent liberos quo de casu loquitur l. 4. versic. quod si C. eod. Verum hæc omnia moribus etiam nostris, in locis ubi jus Civile floret, observantur.

Jus Sax.

35. In contrarium autem est jus Sax. utpote quod ob iteratum matrimonium, nihil quicquam ex facultatibus à priori conjugè perceptis adimat, sed omnia mobilia uxoris
Viro

Viro addicat etiam si multo plus quam omnes liberi (salva tamen legitima) consequatur; sic nunquam non fieri testatur experientia. *Fach. diff. 8.* & sic plus privignis accipere Non-Prax. vercas tradit *Col. decis. 40. Vid. Geil. 2. obs. 124. fol. mibi 514. atq; sic respond. F. J. Jen. m. Maj. Ann. 19.* cum hoc tamen additamento, ut legitima si quid ei desit ex mobilibus Viro adjudicatis privignis suppleatur, nisi ex immobilibus eam consequi possint.

36. Insuper sunt quibusdam in locis STATUTA SPECIALIA, quæ hoc casu ita disponunt, ut iterum nubens conjux, omnia etiam propria bona æqualiter herciscat; ut hinc Jenæ; alibi ut certam solum partem. V.G. semissem trientem &c. alibi virilem retineat, seu tantum quantum unus ex liberis prioris matrimonii, atq; ita *Resp. F. J. Jen. M. Apr. Ann. 17.* Utroque autem jure variis rixationibus, inter liberos diversi thori metuendis, occurritur Unione seu Conjunctione prolium, in Germania frequentissima vulgò *Ein Kindschaft* de cujus validitate *vid. Geil. 2. obs. 125.* Quando inæquales vero sunt facultates constituuntur præcipua quædam *ein Vorrauß* sicut casum habuit *F. J. Jen. m. Julii. Ann. 18.* Alias Prax. ex æquo succedunt, etiam in bonis ex latere obvenientibus, quousq; unio persistit *sic Resp. F. J. Jen. m. Mart. Anno 17.* Sed P. hic vela contraho, restat.

De prioritate Ascendentium.

37. Ut telam inceptam pertexamus, jussu nostræ methodus DE PRIORITATE ASCENDENTIUM ferram jam nunc inter nos sumus recipiaturi, quos misellos ac moestos ad Successio Ascendentium. successionem liberorum luctuosam, miserationis advocatio *l. 7. §. ult. ff. Unde lib. l. ult. C. com. de success.*

38. Cum autem ASCENDENTES in totuplici fermè sint differentia in quotuplici diximus Descendentes natura correlatorum *Schneidw. d. 2. ord. succes. Forst. lib. 7. c. 3.* quid est, quod sectionem illorum recensere non superseam, & Lectorem ad thes. 4. remittam?

39. Ac licet hi æquè ac DESCENDENTES ex diversis stirpibus

pibus in stirpes succedant, nullâ adhibitâ sexus aut patriæ potestatis differentiâ : Jure tamen representationis destituuntur *Nov. 118.* ac ita adstruit Jctorum Coriphæus *Wesemb. in π. de grad. n. 15.* nec ut illi ex diversis gradibus soli admittuntur, sed cum eis fratres defuncti quandoq; simul concurrunt.

Vid. sup.

40. Quo pacto igitur PARENTES NATURALES TANTUM, ITEM CONTUBERNII SERVILIS, ALIENIGENÆ, VULGO QUÆSITI, LEGITIMATI QUOQUE, INCESTUOSI, ADULTERINI SANCTIMONIALES, NEC NON CIVILES SIVE LEGITIMI TANTUM liberis suis succedant, tenendum, quod eadem jura quæ in successione liberorum superius obtinere diximus, hîc sint reciproca, paria, & vicissitudinaria *arg. l. 14. C. de leg. hered. Scheidw. Forst. per l. ult. de Jud. vid. toll.*

41. Fallentiam tamen hæc regula admittit, si PARENS ADOPTANS extraneus sit, qui à successione adoptati filii repellitur & est insuccessibilis *l. pen. C. de adopt. §. 1. Inst. b. t. & longè magis ipsius uxore §. 11. Inst. eod.* quæ etiam à Cognatis in defectum sobolis naturalis & Ascendentium legitimorum excluditur, *ut Resp. Facultas Jurid. Jenensis m. Maj. Ann. 18.* Haud secus quoq; removentur Parentes spirituales *Forst. c. 19. n. 5. Schneid. d. l. n. 7.* Sic Privignis non succedere Vitricum aut Novercam in propatulo est *per l. 3. C. com. de success.* nec Genero vel Nuroi Socrum aut Socerum, ut suo calculo approbat *Forst. c. 3. d. l. cui & nostrum addimus confer thes. 8.* Multò minus NUTRITOR succedit ALUMNO *l. pen. C. com. de success.* aut TUTOR PUPILLO, quatenus talis *l. 73. de R. J.* aut Is qui lytron solvendo aliquam ab hostibus redemit.

42. PARENTES autem à primo ortu legitimi sunt aut PROXIMI gradus aut remotioris, omnesq; vel unius vel plurium graduum, itemq; vel ejusdem vel diversi generis. Proximo gradu, ut in hoc ordine primo sunt Pater & Mater, ac vel alteruter adhuc in vivis est vel uterq;

Pater solus
succedit.

43. Si PATER, aut tum solus advolat, aut cum eo in hac serie una superior aliquis. Si prius, quin ex asse heres fiat nullus dubito *d. Nov. 118. c. 2.* etiamsi vel filius familias vel emancipatus fuerit, ac castrensia bona vel quasi habuerit. Si verò

verò fratres ἀδελφοὶ concurrerint, hereditas in capita her- Pater &
ciscitur seu in tot partes quot sunt personæ, So viel Mund / fratres cō-
so viel Pfund: So viel Haupt / so viel Theil. *auth. Defunct. C.* currunt.
ad SC. Tertull. & parallela est d. Nov. c. 2. Sed ἐμοπατεῖαι vel
ὀμομήτεια tantum semoveri, largâ largimur manu *arg. d. c. 2.*
& Nov. 127. c. 1. Ita corrigitur *l. ult. c. cum de success. l. 7. & ult. C.*
ad SC. Tertull. Fratrum verò ἀμφιδαλῶν liberi cum illis simul
admitti in stirpes omnibus lippis & tonsoribus notum est.
per d. Nov. veluti Si Tu relinqueres Patrem cum tribus tuis
sororibus, & ex duobus fratribus præmortuis liberos, ex uno
3. ex altero 5. tunc divisio fieret in 6. partes, ita ut patri una,
& superstitibus tribus sororibus tres singulis singulæ obtin-
gerent; Quinta autem in 3. & sexta in 5. portiones distribue-
retur.

44. Quid si fratrum liberi cum avo soli concurre- Q.
rent, nullis tuis superstitibus, num etiam admittantur vagâ
dubitate inquiritur? Affirmando stringentem movent diffi-
cultatem *d. l. Schneidw. Forst. & DD. communiter.* At rectius
negando illis nigrum thetum præfigit *Cujac. in Nov. 118. &*
Borch. de gradibus pag. 228. quibus & ego astipulor fretus spe-
cialitate sæpè *d. Nov. 127.* quæ ceu exorbitans & correctoria
juris veteris extra terminos non est producenda, licet prio-
rem sententiam usu obtinuisse statuatur.

45. Præmortuorum vero fratrum germanorum ne Fratrum
potes & inferiores quin à Parente & fratribus defuncti omni nepotes à
successione priventur indubium est *per auth. post fratres C. de Parentibus*
legit. hered. Sic PATREM jure peculii occupare bona profecti- excludun-
tia filii minus habet dubii. Imo nec in castrensibus & quasi tur.
à patre profectis quisquam alius succedit *Goth. Ant. disp. An-
ri Vult. 2. n. 91.* Eodem modo dotem profectitiam filia sine
liberis mortuæ addicavit patri (exclusis fratribus) *F. J. J. m. Prax.*
Decemb. Ann. 16. Quomodo vero post iteratas nuptias Pater
succedat consule *Forst.* ubi latius.

46. Haud secus succedit etiam Mater, præsertim ab-
olitâ & correctâ *l. ult. C. ad SC. Tertull. per Nov. 118. c. 2. & Nov.*
127. cap. 1. quæ ipsius jura fecerunt pleniora. Interim casus
speciales propriè hanc arcetes videre licet *l. 2. § 23. & seq. ff.*
C ad

ad SC. Tertull. l. 6. § 4. C. eod. Nov. 22. c. 22. confer Schneidw. d. c. n. 16. quos lubens sicco pede jam prætereo.

Mater &
Pater con-
currunt.

47. Caterum si uterque Mater & Pater adsint, licet olim hic illam submovebat §. 3. *Inst. ad SC. Tertull.* eos tamen quin hodie æquâ lance admittam nitor catapultis Jurid. seqq. *Nov. 118. c. 2. scil. & Nov. 127. c. 1.* Nec refert undecunq; bona promanarint maternavè an paterna fuerint contra Bart. et si pater ea profectitia, quæ jam antea ad filium in potestate existentem transiere, retineat *Wes. addit. ad Schneidw.*

Quæst.

n. 13. d. l. Quid si fratres aut eorum filii superstites? In partes viriles cum parentibus admitti nemo inficias ibit, ita tamen ut filii fratris prædefuncti percipiant tantum, quantum quilibet fratrum sit percepturus. per supra tradita. Hæc pro ingenii modulo de primo gradu parentum si soli existant.

Hic superiores cum
Patre simul
advolant.

48. Nunc expanso quasi velo allabimur ad POSTERIORES, quando vid. superiores concurrunt, & Hos omnes AB ILLIS (quisq; scil. à sua sobole) ceu gradu propioribus repelli Solis jubare clarius est, quamvis ipsi (Pater & Mater) sint in patria adhuc potestate §. 2. *Inst. ad SC. Tertull.* vel etiam is cui succeditur sit filius familias, a deoq; non in patris, sed avi paterni sacris constitutus, reservato tamen avo paterno usufructu eo, quem vivo nepote habuit *Nov. 118. c. 2. l. 3. C. de bon. que lib. l. 3. C. de bonis mater. versio. Habeat.* Quod etiam

fit si nepos defunctus emancipatus fuerit, & pater filius in potestate patris sui (avi scil. defuncti) constitutus successerit.

49. Insuper quod PATER AVUM & AVIAM sic proavum &c. maternæ lineæ, & vice versa mater hujus excludat, etiam in bonis ex linea ista acquisitis, communis & verò verior est opinio *d. c. 2. Covar. epit. success. ab intest. n. 4.* ita ut in hac serie jus representationis & regula: PATERNA PATERNIS &c. radicitus exstirpata sit; etiam si contrariæ opinionis sectatoribus hoc ad palatum non sapiat. Sed manum de primo gradu Parentum retraho, & quod superest ipsi συζητησάω relinquo.

Superiores
sunt unius
gradus &
lineæ.

50. Quid si præterea hereditas deferitur SUPERIORIBUS, qui omnes unius gradus & lineæ sunt, expeditius est, quod avus & avia paterni vel avus & avia materni generis qui-

quilibet semissem percipiat, si vero fratres utrinq; juncti una adfuerint, in capita cum illis succedunt *d. c. 2.* quo corrigitur. *l. 9. C. de leg. hered.* Hic obstrepentem video *Jacob. de Bell. Vis.* Obft. sed rationibus frigidis & fumosis quas in conflictu discutimus. Fratrum vero liberi eodem modo ac cum Patre & Matre in *thes. 43. & 44.* succedunt. Ita eadem quoq; causa aviam & proaviam successionem privant quæ matrem.

51. Ulterius si ejusdem gradus at diversæ lineæ Superiores adfuerint nullo fratre extante ambilatero, in duas portiones dispescitur hereditas, quotquot etiam illorum fuerint, utpote: Duæ aviæ & duo avi paterni vel proavi, abavi, &c. non minus accipiunt quam unus, duo aut tres ex linea materna, sed semis unus his, alter illis 4. obtingit nulla origine bonorum attenda, sæpè *d. c. 2.* Ac licet quis cum Bartulo hoc acriter impugnaret, Delphinum tamen sylvis appingeret, & fluctibus aprum; Quæ successio tamen concinnius in GENERA quam stirpes vocatur, utpote cum omni representationis radice destituta sit.

52. Existentibus vero fratribus utrinq; junctis simul, successio omnimodo fit in capita, postulante *d. c. 2. versic.* Si vero, veluti: Si esset avia Tua materna sola, avia item & avus paternæ lineæ ac una 4. sorores fratresve, tunc 7. fierent partes æquales & avia saltem simplex ut reliqui perciperet.

53. Si insuper cum fratribus Tuis ac istis majoribus etiam fratrum filii concurrant, quo ad hos tantum in stirpes, quo ad illos vero in capita fieri successionem certo certius est *Don. Enucl. lib. 9. c. 3. lit. K.* Solos autem hos absq; patris suis & thiiis (fratribus tuis) excludi, contra *Schneidw. Forst. & c.* asserere non erubescio propter *Nov. 127.*

54. Si tandem DIVERSI GRADUS ET GENERIS superiores existunt remotiores à gradu prioribus remonentur, veluti avus & avia paterni excludunt proavum & proaviam materni generis *d. c. 2. autb. defuncto C. ad SC. Tertull.* Nec fratres fratrumq; filii illos remonent, sed pari modo ut supra concurrunt.

55. Haud secus diversi gradus & ejusdem generis existentes se invicem excludunt, V. G. Pater avum & aviam, & hi

illic
obst

Obst
a
quon
ol
sunt

Superiores
existunt e-
jusdem
gradus sed
diversæ li-
neæ.

Quid juris
si fratres
germani si-
mul accu-
rant.

Diversi
gradus &
generis su-
periores
cum exi-
stant.

Diversi
gradus &
hi
ejusdem



generis si
ad sint.

Quia per
nuptias dis-
solutio pa-
triae pote-
statis conti-
git.

hi proavum &c. suæ lineæ, etiam si prior in remotioris ad-
huc existat potestate, aut mortuus non in avi sed proavi fue-
rit potestate. Sed cum hic modus penitus exoleverit, & non
est quod diutius hinc moremur.

56. Jure autem Sax. series secunda tertiam penitus
removet & ascendentes omnes fratribus & transversalibus
reliquis anteferuntur, ut est textus atq; gloss. *lib. 1. Landr. art.*
17. Col. decis. 47. n. 1. Ac licet olim etiam hoc jure Pater matrem
excluebat *d. art. 17. Forst. Schneidw.* Septemvir tamen Au-
gustus ex æquo illos admisit *Const. sua 17. p. 3.* id quod tan-
quam ex tripode dictum adhuc in praxi observatur, ubi jus
viget Sax. *Moll. ad d. Const. 17.* Sic quoq; una admittimus
avum & aviam, item proavum &c. *Berlich. conclus. pract. 23. p.*
3. n. 7. Ita qui avum paternum præfert materno, vereor ne
Isthmum perfodiat aut arenam nectat, præsertim cum bona
insuper discriminaverit, ex quonam genere profecta fuerint.
Const. El. 14. p. 3. Deniq; huic juri Sax. nulla non coercitio
mulierum denuo nubentium minuens vel adimens heredi-
tatem liberorum est incognita *Forst. d. lib. 7. c. 8.*

57. Hæc placuit per nebulam reminisci, & genio dex-
tro de hoc Oceano duntaxat pauca degustare, licet alias AC-
NACE PHOEBEO sit hinc opus. Nunc etiam annectenda fo-
ret materia COMPUTATIONIS GRADUUM CIVILIS, Studiose
juris scitu necessaria & utilis, qua ceu ENSE DELPHICO ad
tutelam & nuptias, nunc ad testimonia, judicia, modo ad he-
reditates quisq; uti potest: Sed nos totam doctrinam propè
hac unica comprehendemus maxima: TOT ESSE GRADUS,
QUOT GENERATIONES VARIATÆ; Pleniorẽ ejus indagi-
nem, qui expedit consulat *Borch. de grad. Ambros. Schur. eod.*
ubi ex professo de hoc agitur.

De prioritate Collateralium.

Transver-
salia.

58. Expedita nunc serie ASCENDENTIUM, pergimus
ad tertiam seriem COGNATORUM à latere, seu TRANSVERSA-
LIUM, *Nov. 118. c. 3. & aut. cessante c. de leg. hered.* qui etiam
aut NATURALI jure sibi juncti sunt aut CIVILI; atque isti vel
LEGITIMO MORE NATI, vel NON LEGITIMO: Qui legiti-
mo,

mo, rursus vel PRIMO ORTU TALES sunt, vel ex POSTFA-
CTO, & illi vicissim aut PROXIMO GRADU existunt aut RE-
MOT. ORI.

59. PROXIMO eoq; hac serie secundo veniunt Frater Germani
fratres.
& Soror §. 2. *Inst. de grad.* & jure Civili parili gradu sive con-
sanguinei vel uterini sive germani sunt, nec hi illos exclu-
dunt, ut exemplificatur *l. 1. C. de leg. hered.* Secus de jure Nov.
Quia ex utroq; latere juncti una cum parentibus succedunt.
Non autem unilateres *Forst. lib. 8. c. 4.* nec non, quia duo vin-
cula fortius ligant unò *Nov. 84. c. 1. § 118.* Imo etsi genus ma-
sculinum foemininum excludat: Soror tamen utrinq; con-
juncta antecedit fratrem ex uno latere *Forst. d. l. n. 3.* in qui-
buscunq; etiam bonis sive paternis sive maternis: Consentit
jus Sax. *Landr. 2. art. 20.* cui accedit *Constit. Elect. 18. p. 3.* quo
jure frater Unilateris 3. gradu extat *Schneidw. d. l. d. tertio
ord. collat. n. 9.* & ita sæpius *Resp. F. J. Jen. Anno 18.* non at- Praxis.
tento, quod frater consanguineus prætenderet, omnes fa-
cultates à communi parente in defunctum devolutas, ideo-
que eas secum dividi æquissimum esse putaret.

60. Secundo loco advocamus GERMANORUM FILIOS Fratrum
filii.
Cum Suis THUIS, id est, Patruis & avunculis amitis, & ma-
terteris, sed in stirpes jure repræsentationis *Nov. 118. c. 3. d.
aut. cessante.* licet olim ab his excludebantur *l. 3. C. de leg. he-
red.* Et illi r. excludunt nepotes, sive fratres defuncti adsint,
sive non, uti *Resp. F. J. Jen. m. Jun. Ann. 18. 2.* Fratres & So-
rores unilateres *d. c. 3.* Sed num repudiante fratre ipsius filii Q.
admittantur? Nequaquam. Nam prædictum *c. 3.* loquitur
de præmortuorum liberis, & juri Civili incognita est repræ-
sentatio viventis. 3. Patruum ob jus repræsentationis.

61. Jure autem Sax. hæc obtinet regula, *Je näher dem* Jus Sax.
Eip / je näher dem Erb / & admissis thuis fratrum filii remo-
ventur *Const. Elect. 18. p. 3.* secundum quam *hic jud. m. Jul.
Ann. 17.* in casu ex ditione Rhutenica delato. Nec obst: ge- Praxis.
neralis *Constit. Caroli V. 28. Novemb. Ann. 1521. Norinberg. edi-
ta*, ut quæ in hisce terris non fuit recepta, nec Jus scriptum,
quale etiam est Saxonicum, abrogat. sed saltem consuetu-
dines (Præcept. meus Clariss. D. Præses in *quest. illustr. Quint*
& hoc

& hoc jure fratrum germanorum liberos cum fratribus ex uno latere in capita admittimus *d. Constit. El. 18. Landr. lib. 2. art. 20.* (Denn die halbe Geburt schreitet einen grad weiter & computatione Saxonica) exclusis Patruis aliisque thiiis utrinque etiam conjunctis licet pari gradu utriq; hoc jure constituti sint.

Fratres unilateres.

62. His non extantibus accurrunt FRATRES ET SO-
RORES *μὴν ὀνόματι* ob itenditatem rationis & generalitatem *d. c. 3. & auth. post fratres C. de leg. hered. Forst. Schneidw. d. l.* uti & fratris ejusmodi præmortui liberi, qui omnes avunculos suos &c. repellunt. Jus Sax. quin fratris unilateris filio

Q.

patrum defuncti aequè unilaterem præferat nemo inficias ibit *per thes. præced.* Imo & fratrem unilaterem ipsis thiiis

Prax.

utrinq; junctis *per d. Const. El. 18. Et ita Resp. F. J. Jen. m. Feb. & Maj. Ann. 17.* mota ratione sanguinis. (Quamvis attentâ gradus paritate contrarium ut in puncto juris verius judicasse olim Wittebergenses & Judices supremæ Curia Lipsensis testetur *Col. d. decis. 49. n. 20. Schneidw. d. l. n. 27. Zob. diff. 17. p. 3.*)

Non autem ejusdem fratris unilateris sobolem: Quæ tamen rectissimè cum thiiis ex uno latere junctis ob gradus paritatem simul succedit *Berlich. conclus. 24. n. 83.* Imo nec thii isti

Prax.

unilateres defuncti ex utroq; latere patruales & consobrinos excludunt nec excluduntur ab iis, *sicut Resp. m. Sept. Ann. 18.*

Diff. Jus Civ. à Jure Sax.

63. Hic notandum; In foro civili differentia bonorum obtinet, ac paterna consanguineis, materna uterinis deferuntur *l. 13. §. ult. d. 1. & l. ult. C. com. de success.* Indiscriminatim vero ubi jus viget *Sax. Const. El. 14. p. 3.* succeditur. Insuper quando absq; Patruis & thiiis prædefunctorum LIBERI

Q.

veniebant, quantus rationum labyrinthus? quantus quæso olim erat argumentorum oceanus, num in stirpes an in capita succederent? Sed jam posterius approbatum est *Nov. 118. Const. Car. V. in Com. Spinenf. 23. April. Ann. 1529.* cum qua concordat *jus Sax. lib. 1. Landr. art. 17.* Alle die sich zugleich nahe

der Sipzihen / mögen nemmen gleichen Theil / & confirmatur *Const. El. 18. p. 3. Ampliff. D. D. Forst. Præcept. meus, pia memoria, disp. 10.* Nepotes vero fratrum cum jure representationis non fruuntur, non solum ab ipsis fratribus, sed etiam à thiiis

defun-

defuncti excludi in propatulo est, quia hi 3. aut 4. gradu po-
siti sunt *Auth. post frat. C. de leg. hered.*

64. Post fratres tandem eorumq; filios, RELIQUIS à
LATERE COGNATIS juxta uniuscujusque gradus prerogati-
vam fenestram succedendi in capita aperimus *Nov. 118. c. 3.*
§. 1. auth. post fratres C. de leg. hered. Nov. El. 18. p. 3. Hinc
concludimus: PATRUM AMBILATEREM vincere NEPO-
TEM ex fratre AMBILATEREM Non vero alium THUM UNI-
LATEREM: item PATRUM excludere pramortui alterius thii
FILIOS, sicut *Resp. m. Jul. F. J. Jen. Ann. 18.* etiam si ille unila-
teris hi ambilateres sint &c. Haud secus AVUNCULUS ET PA-
TRUUS æqualiter in omnibus bonis sive paternis sive mater-
nis succedunt. Sed prædicta de jure Civili procedunt, quo
vinculi simplicitas & duplicitas non attenditur. Ac in foro
Sax. contrario quid clarius? quid manifestius? Cur enim
Frater unilateris transiret in gradum remotiorem *art. 3. lib. 1.*
Landr? Cur PATRUUS utriusq; junctus excluderet FRATRIS
ex uno latere FILIOS? Nisi ob vinculi duplicitatem ille 3. hi
4. gradu jure Sax. haberentur, & sic infinitum *Schneidm.*

65. Hic admonendum, quod qui dispositionem præ-
dictæ Const. Elect. ultra fratris filios protrahi negant (ob hæc
verba ultima, *Das anderer Personen vnd Fälle Succession
haben / auff Gleichheit oder Ordnungen der graden allenhal-
ben erfandt werden solle*) illi eodem gradu fratris ex uno la-
tere Nepotem constituent, quo Parentem suum utrumque
scil. 4. ô absurdum absurdissimum. Quare adstruimus
AVUNCULUM AMBILATEREM ex uno latere PA-
TRUUM & sic *jud. F. J. Jen. m. April. Ann. 1618.* Sed hunc cum
AMITINO Ex AMITA utroq; latere juncta pariter admitti,
sicut eadem *resp. m. Nov. Ann. 17.* item PATRUELEM AMBILA-
TEREM una vocari cum AVUNCULO uno latere juncto, &
ab his excludi patruelis alterius pramortui filiam *uti resp. hlc
ejusdem Anni.* Sic Defuncti SORORIS ex uno latere
FILIOS, ejusdemq; CONSOBRINOS VEL PATRUELES æquali-
ter admitti, olim hic *resp. teste Pinguiz. q. 8. n. 10.* cujusmodi
Judicialis sententia etiam *hlc M. Sept. Ann. 18.* pronunciata
fuit. Quin & fratris utrinque conjuncti NEPOTES cum
PA-

Prax.

Jus Sax.
dist. à Civil.

Admoni-
tio.

Prax.

Praxis.

p.

Prax.

Prax.



P. PATRIBUS ejusdem generis in capita succedere R. F. J. Jen. m. Mayo Ann. 18. Et si decisionem in terminis terminantibus nullam reperisset.

Jus moder. num. 66. Hodiè tandem omnes tam collaterales superiores quam inferiores sive agnatici sive cognatici juris, sive emancipati sive adhuc in potestate, sive 10. sive sint proximioris gradus, sive ulterioris, omnes inquam advocamus, computatione Canonica à foro successionis relegata, imò penitus exclusa, uti hìc Resp. m. Maj. Ann. 18. ob cap. ad sedem 35. q. 5. & gl. in §. 7. Inst. de grad. cognat. ubi etiam Patruales cum fratris nepotibus admittebantur, licet illi 2. hìz. gradu jure Can. distabant.

Legitima- ti. 67. Absolutis COGNATIS PRIMO ORTU LEGITIMIS, sequuntur ex POSTFACTO TALES, puta per legitimationem, qui pariter (ut Laconitè dicam) cum legitimè cognatis succedunt, iisq; succeditur, sive per Rescriptum, sive per secutas Nuptias, legitima prole non extante, fuerint legitimi Nov. 117. c. 2. Nov. 74. c. 2. 89. c. 9. §. 1. Forst. lib. 8. c. 10. Non vero per Decurionatum qui soli genitori succedit d. Nov. 89.

Nefarii. 68. Restant NON LEGITIMO MORE NATI & I. NEFARII ac INCESTUOSI, qui uti liberorum appellatione indigni Nov. 89. ita nec succedunt nec iis succeditur *autb. ex complexu C. de incest. nupt. 2.* NATURALES ET SPURII licet paternæ originis ad Calendas Græcas transversalibus succedant d. Nov. ab hereditate tamen maternæ lineæ nequaquam repelluntur nec vice versa §. 4. Inst. de success. cog. l. 2. l. 4. ff. Unde cog. Sed num naturalis frater ambilateris arceat itidem fratrem unilaterem nondum expeditum est? Affirmat Forst. cum suis asseclis c. 11. n. 4. Sed nos negamus, cum in his vinculum paternum sit juri civili planè incognitum. Unde ergo ista ambilateris conjunctio? Non Entis ergo nullæ sunt qualitates. Cæterum hos regulari in reliquis ad Normam successorum legitimorum non ambigo. Jus Sax. illegitimum ad legitimè nati hered. non admittit art. 51. lib. 1. Sed non observatur.

Legitimi tantum. 69. Finaliter JURE CIVILI JUNCTI, vulgo LEGI-

LEGITIMI TANTUM si arrogati vel ab ascendente aliquo ad-
optati sunt, jure successionis gaudent *l. 2. § penult. § ult. C.*
de Adopt. Non vero si ab extraneo *d. l. pen.* Nec è contrario
ob relatorum æqualitatem. Hic quæritur anne fratres spiri- Q.
tuales jus successionis ad se invicem habeant? Nego. Num Q.
Affines? Etiam abnuo *per l. 7. C. com. de success.* Unde neque Q.
cognati mariti succedunt viduæ ejusdem, sicut *Resp. hîc Feb. Praxis,*
Ann. 1617. nec vidua fratris succedit una cum liberis suis pa- Q.
truo, & ita *Resp. ibidem. F. J. Ann. 18.* Prax.

*Atq; hæc de triplici serie cognatorum
prolata sufficiant.*

De Conjugum successione.

70. Cum promissum cadat in debitum annectenda
erit successio, quæ fit JURE ALIO, quæ obvenit vel Ex JURE
CONJUNCTIONIS, vel Ex NECESSITATE; atq; illa obtingit aut
CORPORIBUS vel COLLEGIIS, aut VIRO ET UXORI.

71. Differentiâ CONJUGUM *a* in successione ex jure *a Scil. Con-*
antiquiori ultra Sauromatas missâ, pro eorum habilitate, *farratione*
hæc tria postulata excipit HONORARIA ÆQUITAS 1. In *coëmitione*
COGNATIS actus primi & secundi succedendi defectum. *& usu.*
2. Justum matrimonium nec divortio interruptum *l. un. C. b Quæ tri-*
Unde Vir & Ux. etiamsi defloratio virginitatis vel copula *plex:*
carnalis, uti etiam in domum deductio non accesserit *l. Vulg. 1. In hortos.*
de R. J. Sponsam igitur de præsentis optimo jure succedere *2. in domo.*
Sponso & vice versa statuens, totanè via aberrabit? adhibita *3. in cubi-*
præsertim mica salis *Baccovii in animadv. ad Trent. 2. p. disp. 16.*
th. ult. lit. A. 3. Ut Uxor intra annum luctus non nupserit alii
l. 1. C. de sec. nupt. quod tamen non tam deferendæ successio-
nis, quàm delatæ adimendæ postulatam esse contra Forst. af-
ferere non vereor. Sic etiam Conjunx successionis benefi-
cio excidit, si conjugem suum injustè trucidaverit *Baccov. d.*
l. vel intra 100. dies utiles bon. possessionem petere superse-
derit & c. l. 2. C. Qui ad bon. poss. Vid. infr.

72. Excipitur autem hîc casus ille, quando scil. con- *Casus Ex-*
D. *jux cip.*

jux cuius res ad restim venit alteri succedit *Nov. 53. c. 6.* addatur quo ad 4. portionem hanc temperans *Nov. 74. c. 5. & auth. præterea C. Unde Vir & Ux.* quod & in marito æquè obtinere, ut ex utraque parte æqua lance æquitas fervetur, æquior est sententia.

Jus Sax.

73. JURE SAX. vero contrarium obtinet, nec ulla inopia conjugum attenditur, & cum Cognatis persæpè conjunctim succedunt, diverso tamen modo **MARITUS**, diverso **UXOR**. De **MARITO** hanc extruimus maximam decisivam

Successio Viri.

EUM ABSOLUTE SUCCEEDERE IN OMNIBUS BONIS MOBILIBUS UXORIS *text. est lib. 1. Landr. art. 81. & 3. art. 6.* post primam versionem: *Und stirbet denn das Weib / der Mann behele alle ihre fahrende Haab.* uti sunt 1. **DOS**, etiamsi promissa (in pecunia) sit, & ante obitum nondum exoluta, quia & illa verè dos est *Geil. 2. obs. 79. n. 112. & c. ita Resp. F. J. Jen. m. Mart. Ann. 18.* nisi sub conditione promissa fuerit. 2. **PARAPHERNALIA** *Schneidw. de success. V. & Ux. n. 28. Zob. p. 3. diff. 9. n. 6.* etsi præcipua (uti olim receptitia) sibi retinuerit. 3. **BONA** quæ stante matrimonio **EI ALIUNDE OBYENERUNT**, licet nondum realiter ea intulerit. *Sic Resp. F. J. J. m. Mart. An. 18.* 4. **QUÆ** ipse **MARITUS EI** ante nuptias contractas **DONAVIT**. 5. **GAMILIA** das Hochzeit Geschenk. *Nov. El. 22. p. 3.*

Mobilia Uxor.

74. Caterum indigitatione & jure **MOBILIBUS** veniunt quoq; animalia sese moventia, servi (licet homo glebæ pars terræ dicatur *l. 14. C. de SS. Eccles.*) item molæ tum quæ ventis agitari solent, tum quæ aquis supernatant, naves, torcularia modo avelli & asportari absq; domus detrimento possint, præterea ligna cæsa, fructus vivente uxore culti & non collecti non obstante *l. 44. de Rei vind.* Merces quoq; in pergula seu taberna venales, & sic libri Bibliopolii sub mobilibus contineri *Resp. F. J. Jen. Ann. 18.* Non tamen merces, quæ ad perpetuum ædium usum destinatae sunt, nec lecti perpetui, qui hospitibus excipiendis inserviunt. Pecunia præterea numerata qua de vid. *Col. decis. 216. n. 81.* Quid si Vir pro hac accepta à muliere pecunia rem immobilem comparaverit, numne jus mariti imminutum? Nullatenus *Coler. d. l. & in proces. exec. p. 1. c. 1. n. 235.* Etsi protinus id fecerit,

Praxis.

ficu

P.

74. Caterum indigitatione & jure **MOBILIBUS** veniunt quoq; animalia sese moventia, servi (licet homo glebæ pars terræ dicatur *l. 14. C. de SS. Eccles.*) item molæ tum quæ ventis agitari solent, tum quæ aquis supernatant, naves, torcularia modo avelli & asportari absq; domus detrimento possint, præterea ligna cæsa, fructus vivente uxore culti & non collecti non obstante *l. 44. de Rei vind.* Merces quoq; in pergula seu taberna venales, & sic libri Bibliopolii sub mobilibus contineri *Resp. F. J. Jen. Ann. 18.* Non tamen merces, quæ ad perpetuum ædium usum destinatae sunt, nec lecti perpetui, qui hospitibus excipiendis inserviunt. Pecunia præterea numerata qua de vid. *Col. decis. 216. n. 81.* Quid si Vir pro hac accepta à muliere pecunia rem immobilem comparaverit, numne jus mariti imminutum? Nullatenus *Coler. d. l. & in proces. exec. p. 1. c. 1. n. 235.* Etsi protinus id fecerit,

Quæ nomine mobilium veniunt.

ficu

Prax.

Quæ non veniant.

ficu

sicuti Resp. F. J. Jen. m. Aug. Ann. 17. Quid si Uxoris nomi- Q.
ne emerit? Tunc ne my juris marito in illis competit, & sic
rescript. F. J. J. Ann. 17. facit l. 6. C. Si quis alteri. Si vero Q.
Vir fundum Uxore consentiente distraxerit? Ad ipsum pre-
tium pertinet Col. decis. 57. n. 13. & seq. & sic Resp. F. J. Jen. m.
Oct. Anno 16. & m. Nov. Anno 17. licet sibi ipsi contradicat Col.
decis. 286. n. 59. Secus si Uxor ignoravit, tum liberi pretium Prax.
accipiunt.

75. Minus dubii habent pecuniæ creditæ seu in no-
minibus consistentes außgeliehene oder außstehende Schuld /
ob Nov. Elect. 23. p. 3. sic Witebergæ, ut & hîc Jenæ in casibus
ex aliis ditionibus Juris Sax. allatis pronunciatum fuit m.
Mart. Anno 18. Minimum vero habet pecunia hereditaria,
quo ad pensiones eas quarum dies non venit: was unvortagt
vnd unversällig ist / propter Constit. El. Aug. 21. p. 3. Schneidw. Prax.
d. l. n. 36. Et sic Resp. F. J. J. m. Aug. Ann. 17. Daß des Wei-
bes hinderstellige unvortagte Erbgelder nicht auff den Ehemann/
sondern auff die Geschwister nach erlangtes Recht verfallen.
Jus deniq; redituum immobilium loco indistinctè habemus
cum Nov. El. 24. p. 3. uti & partes metallicas per Nov. seq. Non
vero pecuniam è fructibus fodinarum metallicarum vulgo,
die Außbeute Zob. p. 3. diff. 10. fol. mibi 483. Nec refert licet Außbeute.
mobilia sita sint in alieno territorio, in quo jus Sax. non viget
Zob. diff. 9. p. 3. nu. 3. exceptis quæ perpetui usus causa seu ad
certum locum sunt destinata. Quæ præterea mobilium no-
mine veniunt vid. Col. decis. 286. & decis. 59. Berlich. p. 3. con-
clus. 45. n. 18. & seq. & concl. 30. n. 3.

76. A nostra autem supra tradita maxima excipimus: Excip.
I. UTENSILIA seu GERADAM d. Nov. Elect. 21. &c. ut tamen
relinquatur Marito Lectus ornatus & stratus, Mensa, Map-
pa item instructa, & Scamnum pulvinari ornatum, &c. m. v. v. v. v. v. v. v.
Sandr. lib. 3. art. 38. 2. LEGITIMAM LIBERORUM ET PAREN-
TUM, quæ nullis immobilibus relictis, ex bonis mobilibus
præstanda erit totaliter Schneidw. d. t. n. 30. Coler. decis. 57. n.
54. (etsi olim Curiales Lipsenses & Magdeburg. contra re-
spondisse, ibi asserit) quo facit etiam Constit. El. 12. p. 3. Zob.
diff. 10. p. 3. Sic quoq; Resp. F. J. Jen. aliquoties m. Majo Anno P.
D 2 18 5

18. & Junio ejusdem anni. Quin & hoc ab eadem decisum: Quod remissio partis debitæ facta à Viro nullatenus tendat in præjudicium liberorum legitimæ, sed nihilo secius eam integram persolvi debere. Et hæc de mobilibus.

Bona im-
mobilia.

Q.

Cautela
benè no-
tan.

Successio
Uxor.

Jus provin.
Sax.

77. In BONIS IMMOBILIBUS Vir nunquam succedit, nihilq; inde consequitur etiamsi doti dicta sint, nisi de dote lucranda statutis & pactis dotalitiis quid cautum, istavè aestimata fuerint *l. 10. ff. & C. de J. dot.* Sed hîc pomum Eridos nobis objicitur, an deficientibus mobilibus vel non sufficientibus, maritus succedat in rebus soli? Sic sanè vult *Schneidw. d. t. n. 32. juxta auth. Præterea C. Unde V. & U.* præsertim tacente hîc jure Sax. sic etiam autumat *Moll. ad Nov. El. 21. p. 3.* Sed usus quotidianus contrarium probat teste eodem *Moll. Wesenb. in not. ad Schneidw. d. l. & sic Resp. F. J. Jen. Anno 18. m. Sept. Anno 1611. m. Martii.* Vetulam ergo nil nisi cum immobilibus ducens, ut sibi prospiciat pactis dotalibus, monet *Heig. alias ne obulum ex his consequetur.* Comparata tamen constante matrimonio, etiamsi alia prædia ex redditibus prædiorum fuerint, omnia Viro lucro cedunt *Heig. p. 4. q. 29. n. 13. fol. mihi 389.* Ita *Resp. F. J. Jen. m. Oct. Ann 18.* Sic optimo jure impensas in prædia & exigenda nomina factas, omnesq; meliorationes Vir potest repetere.

78. Nunc etiam sub disquisitionis incudem revocabimus SUCCESSIONEM UXORIS seu Viduæ, quæ vel EQUESTRIS ordinis est vel NON: Illam ad Feudistas cum suis Cibariis domesticis *Mußtheil / Dotalitio* *Seibgeding / Sponsalitia largitate Morgengab & Utensilibus seu Gerada.* NON EQUESTRIS ordinis vero sive ignobilis Vidua vel SOLA venit vel cum LIBERIS; si cum His, UNO VEL PLURIBUS: EJUSDEM, VEL ALTERIUS MATRIMONII.

79. In Provinciis Sax. vigore *Nov. El. 20. p. 3. §. 2.* in quadrantem omnium deducto are alieno bonorum, si cum liberis succedit, etiamsi opulentissima. Extra ditiones vero Electoris floret dispositio *d. auth. Præterea C. Unde Vir. & U.* qua virilis portio si plures quam tres liberi adsint illi tribuitur, quarta vero si pauciores. Et quamvis *Colerus decis. 61. n. 33. & seq. & n. 43. & seq.* expressè requirat, ut uxor summa ege-

egeſtate laboreſ, & de more ſic pronunciarī teſtetur : Atta-
men ita reſponſ. F. J. Jen. nulla inopia mentione facta m. No. Prax.
vemb. Ann. 16. & Jan. Anno 17. & Mart. Anno 17. & Mart. An-
no 18.

80. Si SOLA, obtingit ei triens ſeu tertia pars bono- Uxor ſola
rum d. Nov. El. Secus extra provincias Electoris ubi quarta ſuccedit.
Uxori cedit, niſi tertia uſu recepta ſit Col. deciſ. 62. num. 11. ita
Reſp. Jur. Facultas Jen. m. Feb. Ann. 16. & Feb. Ann. 17. in caſu Prax.
quo vidua concurrebat cum fratre mariti conſanguineo, &
duorum fratrum germanorum filiis. Quin d. Nov. cautum
eſt, quod mulier ſive liberi adſint ſive nulli, omnia ſua bona
ad maritum allata, & quæ durante conjugio ex hereditati-
bus & undecunq; acquiſiuit, inferre, cumq; liberis commu-
nicare teneatur una cum Gerada d. Nov. nec refert ea tradide-
rit marito nec ne Col. deciſ. 60. n. 4. & 62. n. 3. Schneidw. d. 1. n.
48. Excepto mundo muliebri, ac veſtibus uxoris propriis
ac quotidianis d. l. Secus ſi nec liberi nec parentes adſint tunc
uxor à collatione immunis eſt Col. deciſ. 61. n. 49 & ſeq. deciſ.
62. n. 5. His tamen in terris injunctam etiam fuiſſe hoc in ca-
ſu collationem vel amiſſionem quartæ partis arg. Nov. 117. c.
5. teſtatur MAGNIFICUS ORDINARIUS D. FOMAN Præceptor
meus colendiſſ. diſp. Inſt. Imp. 18. theſ. 18. lit. D.

81. Sub illatis à vidua conferendis veniunt etiam no-
mina ſeu debita quorum dies vivo marito venit, uti & here-
ditas actualiter delata licet nondum illata.

82. Cæterum in Portionem iſtam conferendam legata
quoq; à Viro imputari item donationes morte mariti confir-
matas, nullus dubito, licet quo ad has contrarium quidam
ſtatuant. Quid ſi mens ipſius fuerit ut uxor legatum præci-
peret? Tum contrarium verius judico, veluti ſi dixerit, Daß
ſie dieſen Aecker oder Hauß zum Vorratß vber das jenige / ſo
ihr nach Sächſ. Recht oder nach der Stadt Gewonheit gebüh-
ret / haben ſoll.

83. Quod ſi ſuſpecta ſit Vidua, tenetur jurejurando
bona ſua conferenda indicare Weſ. in w. de collat. n. 6. niſi in- Praxis.
ventarium ritè confici curaverit, quomodo Reſp. F. J. J. m.
Sept. An. 17. & Octob. Anno 18. in caſu ubi mater cum filiis
concorrebat.

Jus electio-
nis compe-
tit uxori &
ipsius here-
dibus.

84. Utroque autem casu sive liberi adsint sive non.
Mulier habet electionem, quartamne, tertiamvè, accipere
aut bona sua illata repetere malit *d. Nov. El.* Imo & hoc jus
Electio- nis non possum non quibusvis ipsius Vidue heredibus
largiri, nisi motus quorundam rationibus, Molleri distin-
ctione, aut Coleri exceptione. Hisce consequens est, non so-
lum reprobata esse *Constit. Elect. 20. in f. p. 3.* ut tradit *Hillig.*
Præceptor meus fidelissim. & dilect. beatæ memoriæ in præ-
lectionibus suis *ad tit. hunc Instit.* Sed etiam penitus explo-
dendam illorum sententiam qui in specie sobolis existentis,
electione adempta mulieri ipsi præcisè portionem legalem
vel statutariam, omnibus suis bonis collatis, accipiendam ef-
se voluerunt. *Fachs. diff. 1. n. 4. inter diff. Zob. Col. decis. 62. n.*
8. Pro hac nostra sententia faciunt ea absurda omnia quæ
urget *Col. decis. 61. n. 4. & seqq.* Hinc & *Facultas Jur. Jenen-*
sis pronunciavit m. Julii. Anno 18. Daß die Witbe angezogner
Statuten ungehindert / zu ihren eingebrachten Gut tisen vnd
zufordern wol befüget.

P.

85. Quando igitur Vidua jure eligendi bona il-
lata repetit GERADA quoque ei debetur *Schneidw. d. l.* ut &
DIMIDIA PARS XENIORUM NUPTIARUM *Nov. El. 22 p. 3.*
quia utriq; tam Sponsæ quàm Sponsi acquisita & communia
effecta sunt, nisi res consumptæ, tunc enim æstimatio debe-
retur, quomodo Lipsensium *Facultas pronunc. teste Berlisch.*
p. 3. concl. 34. n. 15. Etsi variè disceptetur cui sic donata acqui-
rantur jure civili. Sed & proventus ex partibus metallicis
uxoris, à marito perceptos viduæ superstiti attribuit *Nov. El.*
25. p. 3. si adhuc extant: Alles was von der Aufbeit vbrig vnd
noch vorhanden. Sin consumpti æstimatio præstetur.

De Sponso
& Sponsa.

86. Coronidis loco hic silentii nubibus non invol-
vendum, quod etsi SPONSUM & SPONSAM de præsentis instar
conjugum sibi invicem succedant, teste *Geil. 2. obs. 80. nu. 3.*
Forst. lib. 9. c. 3. (licet alii contradicant) Jus tamen Sax. benedi-
ctionem Pastoris solennem & thori ingressum pro forma
requirit, etiam concubitu non subsecuto, wann sie in seitt
Bett tritt / *Beust. p. 2. c. 67. de Connub. Schneidw. d. l. Nov. El.*
19 p. 3. secundum quam *Resp. F. J. Jen. m. Jan. Anno 17.* Quod
obti-

Prax.

obtinet, etsi in ipso die nuptiarum, adeoq; post copulationem Ecclesiasticam, Sponsa moriatur, cujusmodi casus evenit Erfurdi. 6. Feb. Anno 1609. ubi ruina ædium Sponsa cum 19. hospitibus periit salvo & incolome Sponso. Nec obstat *Nov. 24. p. 2.* ad quam in ipso disputationis actu.

87. Ac ne melioris fiant conditionis ex delicto, qui præpropere concubitu se pollueret, ut fit crebriusculè, nec Sponsum Sponsæ ex se gravidæ, nec hanc illi ante benedictionem Sacerdotis succedere, rectè post *Wesemb.* adstruit *Col.* Etsi benedictionem hanc nullus juris Sax. textus discrete exigat, & Sponsalia, quæ vulgò de futuro dicuntur per copulam carnalem in matrimonium transeant, uti Facultas Jurid. Jen. conjunctim cum Facult. Theologica *Resp. m. Mart. Anno 1617. Sec. 7.* quid in hisce evagor.

Prædicta autem Conjugum successio Jure Civili & Sax. aliquando impeditur, vel quia alio jure speciali superstiti succurritur; Vel quia is omni successionis beneficio certis de causis excidit. Jure speciali ac vel ex provisione STATUTI CONSUETUDINISVE receptæ, vel ex PACTIS DOTALIBUS. *Durch Chestiftungen.* Hæc (quamvis alias conventiones ferme omnes de successione reprobentur *Geil. 2. obs. 126. fol. mibi 518.*) catholica in Germania consuetudine facta tecta servantur, florent, vigent, jure ultimæ voluntatis; quin & discrete confirmata sunt *Nov. El. 43. p. 2. § p. 3. Nov. 20. 22. § 37.* Hæc ergo si quis indubium coacervatis licet rationibus vocat, ridebitur à Zobelio, explodetur à Schneidw. Menochii etiam jussu vapulabit. cum deliciis nostris loquor *Exercit. 68.* Cur vero hujusmodi pacta interdum coram 5. nonnunquam coram 2. testibus contrahantur; ad oculum demonstrat *d. Const. El. 43.*

88. Cum primis peculiare hoc usu notiss. receptum, ut Sponsæ Parentes, Curatores, vel alii Cognati hæc pacta conficiant, cum Sponso, ipsius Parentibus & Cognatis, interdum conveniant, & consignatione confirment contra express. *text. l. 32. ff. de hered. instir.* Itidem & hoc speciale est, quod pacta hæc valeant, etiamsi superstes conjux minus percipiat, quam alias eidem jure communi obvenerat & ita *Resp. Anno 1567. docet Col. decis. 61. n. 30.* Quo magis miror

Prax.

Successio-
nis conju-
gum impe-
dimenta.

Statuta.
Pacta dota-
lia.

con.



contrarium aliquando judicatum fuisse teste *Moll. ad Nov. El. 20. p. 3. n. 6.* propter verba extrema *Const. El. 20. d.* ubi indistinctè optio datur Uxori sua repetendi, quartamvè petendi: Quod tamen ita restringendum ex præcedentibus & *Nov. 37. p. 3.* ut tunc demum utatur jure suo *ihrer fraulichen Berechtigtheit* / cum aliquid non sit cautum pactis dotalibus. Sic pactis hisce omnino standum, ne eorum vis & effectus ex merito conjugis arbitrio penderet *l. 17. ff. de V. O. & l. 8. de O. & A. Resp. Scabini Lipsenses Moll. d. l.* Verum ut uno penicillo duos dealbemus parietes, hæc æqua ratione de marito (jure puta Sax. in successione mobilium) dicta sunt.

89. Nec tamen HÆC PACTA successionem reciprocam, aut exactam æquitatem exigunt, uti operosè consultores urgent, quasi contractus tunc claudicaret, cum uni plus in casu mortis assignaretur, quorum opinio merito explosa est *Jenæ m. Sept. Ann. 18.*

Prax.

Jus Sax.

90. Denique nostro Sax. & provinciali jure excepto ult. voluntatis talia pacta revocari posse non ambigendum *Heig. p. 1. q. 23. n. 36.* nisi consuetudine inductum, ne conventa mutantur *Geil. 2. obs. 126. n. 5.* atq; ita hîc aliquoties judicatum fuit, adjecta aliquando hac clausula: *Nisi quid aliud contra defunctus in ultimo elogio disposuerit. Wenn der Verstorbene nichts anders in seinem letzten Willen verordnet hat* / ut *m. Jan. 1617.* Sic quod marito, etiam inscia uxore, testamento pacta dotalia ex parte sua rescindere licuerit *decidit F. J. J. m. Apr. Anno 17.* Quo ipso portioni legali vel statutorio locus fit, ac si minus ea testamento maritus reliquerit, quod deest supplendum, ut eâdem sententiâ definitum. Per testamentum tamen inutile ob solennitates non revocari, *Resp. F. J. J. m. Nov. Anno 16.*

P.

Prax.

Consuetudines.

91. Hisce deficientibus ad statutoriam & consuetudinariam successionem recurrimus, quæ in foro ubi viget, derogat juri succedendi communi *arg. l. 9. ff. de Just. & Jure l. 13. ff. conc. præd. adde Nov. El. 22. p. 3.* qualia sunt: Ut uxori omnia debeantur mobilia: item ut ex asse heres fiat in defectum prolis & parentum, exclusis lateralibus &c. sicuti sæpe in Camera Imperiali conclusum docet *Geil.* Locum autem

tem

tem ubi illa viget, intellige domicilii *l. 65. ff. de jud. non origi-*
nis, ut Papiculę volunt, sed accidentalis sive habitationis, qui
tempore mortis alterutrius fuit Geil. 2. obs. 36. licet sæpius
mutata, aut vir illius municipii civis non sit, cum & incolę
statuto subjiciantur Geil. 2. obs. 36. Sic QUÆSTOREM Civem
quidem sed in arce aliquando longius distita habitantem,
quo ad successionem statuti Oppidi teneri defin. F. J. Jen. Jun. Prax.
Anno 17. Num autem & quatenus Clerici & Academici eo-
rumq; conjuges secundum statuta Civitatis succedant? Vide
apud Modest. Pist. & Pinguiz &c.

92. Sed hęc non incongruè quæritur, an statuta hu- ^{Quæst.}
jusmodi extra territorium extendantur, aut ad res alibi sitas?
Non existimo sive in rem, sive in personam concepta sint, &
ita pronunciasse memini *F. J. J. m. Octob. Anno 18. Deniq;* ^{P.}
non uti pactis assignata portio (qua de antea) ita & statuto
delata adimi inuivè potest *Constit. El. 7. p. 3. & sic Resp. F. J. P.*
Jen. m. Jun. & Aug. Anno 18. Etiam eo casu, quo per statu-
tum omnia mobilia mariti viduę deferebantur m. Mart. an-
ni ejusdem. Hęc nobis è diametro repugnat Schult. qui ta-
men rectè ab affine suo Berlich. refutatur p. 3. conclus. pr. 9. De
hoc vero casu ult. non agitur in d. const. 7. per Verba: Was
auf des Mannes Gütern ihr gebüret &c.

93. Restat ut nunc de CAUSIS dispiciamus, quibus al- ^{Causę}
ter conjux successionis hoc beneficio excidit, quarum ^{Duę cõmunes,}
sunt COMMUNES quę & alios successores indignos reddunt: ^{quę conju-}
^{ges exclu-}
1. OCCISIO DEFUNCTI ex injusta causa *Baccov. in animad. ad* ^{dunt.}
Treutl. 2. p. disp. 16. tb. 6. lit. A. l. 10. §. 1. ff. solut. mat. vid. sup. 1. Defuncti
Cum ob facinus aliquem lucrum capere æquitati reclamet. ^{occisio.}
Sic quoq; *Resp. F. J. J. m. Apr. Anno 18. Ubi mariti facultates* ^{P.}
ob eadem Uxoris supplicio affecti ipsius heredibus; Uxor
vero proximis cognatis etiam propria bona attributa fuere.
Alldieweil sich der Ehemann durch die Mordthat aller Succes-
sion gänglich verlustigt hat / Neq; hoc casu Fisco applicantur
Col. decis. 57. n. 68. ut & pronun. F. J. J. m. Apr. Anno 12. Facit
Const. El. 26. p. 3. Idem est si causam mortis alter conjugum ^{Prax.}
præbuerit d. Nov. El. 1. 3. ff. de bis que ut indig. l. 15. ff. ad L. Cor.
desicar. Ut in casu quo Vir Uxorem verberibus exceptam ex-
pule-

P. pulerat, eaq; deinceps ob frigus indensum mortua in via re-
 perta erat *Resp. Jenam. Apr. Anno 16.* & similem Scabinorum
 refert sententiam *Berlich. p. 3. conclus. pract. q. 36. n. 37.* Sic si
 alimenta Vir uxori non procuraverit *l. 20. ff. de alend. lib.*
2. Mors nō *Quin, si quolibet modo (ut veneno vel cultello) Viro mulier*
defensa. *insidiata fuerit, Nov. 117. §. 3. c. 8.* Neglecta 2. **MORTIS DE-**
Prax. *FUNCTI ULTIONE l. 17. l. 20. ff. de huius que ut indig.* In quam ta-
 men uxor ad impensas faciendas saltem tenetur pro rata he-
 reditaria sicut *Resp. F. J. J. m. Nov. Anno 18.*

Causæ pro- 94. *Propriae causæ itidem duæ sunt. 1. ADULTERIUM*
priae. *l. 38. 39. ff. Solut. mat. ubi dotem perdit. E. multo magis jus*
 succedendi in bonis mariti *c. 4. Ex de don. int. V. & U. Nec*
1. Adulte- *oblit. art. 5. lib. 1. Landr. qui ita habet: Ein Weib mag mit*
rium. *Unkeuscheit ihres Leibes ihre weibliche Ehre frecken / aber ihre*
Declaratio *Erbe vnd Rechte verleiuret sie dardurch nicht. Nam loquitur*
art. 1. lib. 1. *de innuba per gloss. ibid. vel verba: Ihr Erbe verleiuret / & c.*
Landr. *accipe de bonis propriis. Et illud quoq; in marito duplicis*
(Sax. jure) adulterii reo obtinet per Nov. 117. c. 8. §. 2.

Quæst. 95. *Prædicta autem tunc procedunt, si maritus sciens*
adulterium de eo conquestus sit, aut uxorem expulerit, et si
nec tum accusationem intenterit Nov. Elect. 21. p. 4. Quid si
crimen dissimulaverit, aut moechæ remiserit, vel cohabitave-
rit? Tunc adultera nequaquam hereditate privatur. Moll.
ad Nov. El. 21. p. 4. n. 4. Col. decis. 176. arg. Nov. El. 26. p. 3. ita
Resp. F. J. J. m. Maj. Anno 1618.

2. Malitio- 96. *MALITIOSA 2 DESERTIO l. 1. §. 1. ff. Unde V. & U.*
sa desertio. *Nov. 22. c. 15. Nov. 117. c. 8. §. 5. Uxorem sic quæ à Viro aufu-*
giebat & ad eum reverti volebat, omnibus successionis emo-
Praxis. *lumentis spoliari, olim Resp. Lipsenses teste Modest. Pist. p. 2. q.*
90. & Jenenses teste Col. decis. 257. n. 8. seq. & Facit huc Nov.
El. 26. p. 3. ubi limitationes. Sed satis de success. Conjugum.

De succes- 97. *Nunc recta via ad Fiscum accedendum; sed me-*
sione Col- *mini me supra fecisse mentionem COLLEGIORUM SEU*
legiorum. *CORPORUM, quæ jure conjunctionis succedunt, illiq; præfe-*
runtur, cujusmodi 5. tit. C. de hered. Decur. totidemq; legibus
ibidem recensentur. 1. Corpus Naviculariorum. 2. Militum
legio. 3. Cohortarium. 4. Curialium. 5. Fabricensium cor-
pus.

pus. Idem autem jus moderno tempore ad Fabrorum, Sartorum, &c. collegia extendendum esse ego non dixerim ob specialitatem rationis *l. 5. d. t. Schneidw. d. t. de success. Fisci n. 20.* quamvis contrariam opinionem ob DD. auctoritates, quas legibus ipsis prævalere, in judiciis & tribunalibus sequendam esse planè sibi persuasum habeat Ranch.

98. Deinde conjunctionis nomine (ut successionem servi de jure veteri sicco pede præteream) *Inst. de eo cui libert. causa* haud inconvenienter Socius Imperialis liberalitatis venit, qui altero præmortuo adhuc aura vescitur, qui que Fiscum excludit *l. un. C. si liber. Imper. soc.* Num etiam mercatoris prædefuncti Collega, præsertim in bonis quæ in eodem conlegio eodemque loco habuit? Ita vult Baldus & alii. Quod tamen non acceptum cupio de iis qui cubito se emungunt vnd anderer Schwefel / Dusch / vnd besen Zuberern.

99. Instar vexillationis vero *l. 2. C. de hered. Decur. Doctori & Civi Academicæ ipsam Academiam Successorem* existere, nemo nisi concurbitas lippiens impugnet, Non autem Collegium Doctorum, aut Fiscum *Schneidw. d. l. n. 20.* quem ceu Cynosuram hac in parte sequimur. Multo magis Presbyteris Clericis & Diaconis Monasteria *l. 20. C. de Episc. & Cler. Nov. 131. c. 13.* Maximè vero in peregrinantium seu advenarum facultatibus pias causas antecedere Fiscum *auth. omnes C. Com. de success.* Quod in bonis sobolis expositæ etiam ad Nosocomia & Xenodochia extendit Baldus in *l. 5. ad SC. Orphit. Peregrinus de jure Fisci lib. 4. t. 3. n. 16.* At & hæc de successione Conjugum sufficiant.

DE FISCO SUCCESSIONE.

100. Finaliter ex necessitate in aliorum omnium defectum *l. 4. C. de bon. vac. l. 1. de jure fisci* hereditas ita caduca effecta ad Fiscum successoris legitimi personam indutum devolvitur *l. 57. ff. de Evict. l. 96. §. 1. l. 114. §. 2. de Leg. 1.* Cui etiam hoc casu ambabus manibus hereditatis largitur petitione *l. 20. §. 7. ff. de Petit. hered.* Non vero cum ob maleficium bona addicantur, ubi Rei vindicatione agere potest. Sed

amovenda manus, ne falcem in alienam immittamus messem.

101. Atque hæc Fisci successio Justissima sanè ratione inducta fuit. Etenim cum Is, qui jura fiscalia habet, teneatur itinera tuta præstare, vias publ. sartas tectas conservare, patibula, numellas cippos & compedes &c. ad castigandos facinorosos extruere *Weichb. art. 59. ex usu Reip. visum fuit hæc & similia bona vacantia etiam Fisco concedere.*

Discrimen
Ærarii &
Fisci subla-
tum est.
Quæst.

102. Discrimine ÆRARIÏ & FISCO ex aula remoto, velitatio hîc oritur acerrima, an jus confiscandi tantum civitati Romanæ competat? Pro affirmativa pugnant rationes ac leges ponderosæ; nec tamen desunt pro negativa: Pro illa militant magna & illustria Jctorum lumina; militat pro hac non infimi subsellii autoritas. Mars communis, ut ajunt. Sic lupum auribus tenentes, quid agendum? Age! sequamur consilium Stagiritæ Philosophi, quo segnitiam in distinguendo à Philosophando dextrè abesse præcipit. Aut ergò respicimus ad Jus Feudale aut Romanum, si hoc tum affirmativa verò verior est *l. 1. C. de bon. vac. l. 10. ff. ad municip. Sin illud, Regalibus accensetur. 2. F. 56. c. un. Vult. d. F. lib. 1. c. 5. n. 7. ut ita per sequelam, alias quoque civitates quibus Regalia competunt, ad bona vacantia admitti, nullum absurdum sit asserere.*

Jus Sax.

103. Jure Sax. omnes hoc jus confiscandi sibi vindicant, modo jurisdictionem superiorem habeant sive jus gladii, *So die Obergerichte haben. Fachs. diff. 25. inter diff. Zob. p. 2. diff. 7. n. 5. Constit. El. 38. p. 3. Obstat art. 2. lib. 2. Weichb. verbis: Solch erblos Strickfall an die königliche Gewalt. Sed illum exponit gloss. ibid.*

Incapaces.

104. Defertur igitur Fisco hereditas si nullus omnino præcedentium heres adest, vel adest & succedere non vult, vel vult & non potest; aut quia est Indignus aut quia est Incapax veluti est: 1. Maximam & mediam passus capitis diminutionem *l. 17. ff. de pæn.* 2. Incestuosus & adulterinus. 3. Filius per duellum & crimen læsæ majestatis committentium *l. 5. §. 1. C. ad L. Jul. Maj.* 4. Monachus Franciscanus seu Minorita, ein Barfüßer. *Bettelmünch. cap. exivi §. quia ubi gloss. de*

de v. §. 5. Fœminæ respectu rerum expeditoriarum, deß Heergerethes / & pecuniæ compositionis gratiâ ob homicidium acceptæ deß Mangeldes Landr. lib. 1. art. 28. Schneidw. d. l. n. 17. 6. Masculus agnatus intuitu Geradæ art. 20. & 28. ibid. 7. Peregrini l. 17. §. 1. ff. de pœnis l. 1. §. 2. de leg. 3. l. 1. C. de hered. instit. quod correctum per auth. omnes peregrini C. Commun. de success.

105. Indignus est, 1. Reus læsæ majestatis l. quisquis l. Indigni. ult. pr. C. ad L. Jul. Majest. 2. Hæretici l. 4. §. 1. C. de hæret. & manich. 3. Incestas vel alias prohibitas nuptias contrahens. 4. Heres non vindicans necem defuncti l. 1. ff. de jure fisci gl. Landr. lib. 1. art. 62. n. 2. inf. 5. Defuncti Occisor l. 9. ff. de jure fisci, vel culpa: & negligentia causam mortis præbens l. 3. de his que ut indigni. 6. Defunctum gravis delicti reum faciens aut, ei status quæstionem movens l. 9. §. fin. ff. eod.

Quin etiam 7. Testamentum inofficiosum aut falsum accusans & succumbens l. 5. §. 3. l. 15. ff. d. t. 8. De viventis hereditate improba facta faciens l. 29. §. 2. l. 30. ff. de Donat. 9. Promittens in fraudem juris restitutum se personæ, cui fas non est l. 10. & 11. ff. de his que ut indig. 10. ἀνὸς ἕρπερ, qui metu pœnæ, in crimine deprehensi quod publicationem bonorum secum trahit, violentas manus sibi inferunt l. 45. §. 2. ff. de jure fisci l. ult. §. 3. ff. de bonis eor. & c.

106. Transeunt autem ad Fiscum bona non civiliter, sed naturaliter considerata, quatenus scil. beant & profunt l. 49. de v. s. Tenetur is quidem etiam satisfacere creditoribus; non tamen ultra vires bonorum l. 1. §. 1. l. non possunt ff. de jure Fisci. Legata sic, quoq; præstare, item inventarium facere & c.

107. In terris deniq; Sax. certa quædam pro cujusq; Jus detractio-
loci consuetudine portio peregrinis ex testamento vel ab in-
testato hereditatem adeuntibus detrahitur, & Fisco cedit, ctionis.
quod Jus detractationis vulgo der Abzug / Nachsteuer vocatur,
cujus fit mentio in Rub. Const. El. ult. p. 3. Exceptis tamen exci-
piendis scil. LIBERIS PARENTI SUCCEDENTIBUS & è contra- Except.
rio. arg. l. 11. ff. de lib. & post. l. qui in §. 5. ff. de acq. hered.
Rauch. qui à DD. Lipsensibus & Witteberg. hunc in modum Praxi.
pronunciatum refert. Item Clericis & Ministris Ecclesiæ, id-
que

Praxis.

que in Consistorio Brandenburgensi decisum docet *Scheplitz. ad consuet. March. p. 3. t. 8. §. 7. n. 6.* ut & Doctoribus ac Professoribus Academiarum, & omnibus Academicæ jurisdictioni subjectis, idq; in hac nostra Academia Jenensi, sic etiam Lipsensi, Witteberg. & aliis observari extra omnem dubitationis aleam positum est, sicuti apparet ex ipsorummet testimoniis quæ ad verbum videre licet apud *Cotmannum lib. sing. consult. Resp. 26.* Wann eine incorporirte Person verstirbet ohne Weib vnd Kinder/ vnd anderswo Freunde hat/ so ihr Erben/denselben wer oder von wannen sie auch seyn/wird die Verlassene oder Verstorbene Erbschaft gang frey vñ ohn allen Entgelt gefolget/dörffen weder Heller noch Pfennig zum Abzug geben/ da sonst dem Rath der 4. Pfennig gebühret zum Abzug. Liberis quoq; & viduis harum personarum privilegium istud competit, quamdiu in priori statu vivunt superstites *l. 6. C. de profes. & Med. l. quoties C. de privig. schol.* id quod in Academia Witteberg. & aliis in viridi est observantia *Cotman. d. loco.*

108. Insuper excipiuntur etiam LEGATA AD PIAS CAUSAS, ut relicta Ecclesiæ vel Studiosis ad continuanda studia. Locum vero hæc habet Falcidia in universa hereditate & qualibet ejus parte *Scheplitz. d. t. 8. §. 2.* ut & in legatis. Eandem quoq; Academicæ in facultatibus defunctorum Academicorum ut tribuamus, faciunt quæ disputat *Cotman. d. l. Resp. 19. n. 43.* præsertim si à Judice peregrini hereditatem petentis eadem detractio usurpetur, ut ita jure retorsionis idem quoq; juris in ipsum statuatur, aliis quod dixerit, quod confirmatum est ab Elect. Augusto *p. 3. Nov. ult.* Ac hæc primoribus labris degustasse & quasi cum ciconia exteriora attingisse sufficiat: Plura DE GANERBITATU seu pactis mutua successionis, von Bahnerben oder Erbvereinigung/ q. expetit, legat *Geil. 2. obs. 127.* item de JURE ALBINAGII *Bodin. de Repub.* nec non de SUCCESSIONE SPECIALI NOBILIUM IN DIMIDIAM, tertiam vel quartam partem bonorum subditorum suorum quos Saxo vocat Lassen/ *Zob. diff. 7. n. 3. & Landr. lib. 3. art. 43.* quam Galli MANUM MORTUAM nominat. Sed filum abrumpo: SUCCESSIONEM FEUDALEM ad tēpus comodi differens: Plura enim hisce annectere prohibet temporis angustia & pagellarum brevitās. PO-

PORISMATA.

1. Utrum legitimatus per subsequens matrimonium, vigore statuti primogenito successionem deferentis legitimè natis anteferatur? Dist. inter primogenitum naturâ & jure.

2. Nepos Regis ex filio primogenito si extet, & patruus quoq; secundo loco genitus, utrinam ex his Regnum deferendum? Etsi Baldus in l. 19. C. de lib. nat. Apollinis solutione hanc quæstionem indigere concludat; Nos tamen exercitii gratia Nepotis partes defendere conabimur.

3. An is primogenituræ fruatur, qui alios quidem natiuitate præcedit, eò autem tempore pater illius dignitatem regalem nondum acquisierat? Non frui ajunt *Bart. & Bald.* nos contrarium propugnabimus. *Propter l. 5. ff. de Senat. & consentit Car. IV. in aur. Bull. c. 7.*

4. Num summam Doctoratus adorem, laureamque Apollinarem negotiaturus Studiosus juris, teneatur sumptus & impensas in studia, libros & vestes &c. collatas, Patre mortuo, conferre, & cum fratribus reliquis communicare? Hoc nemo nisi Facultatis hujus os affirmabit.

ΠΑΡΕΡΓΑ.

1. Cascus cascæ ne ducito.

2. Ne vetulis nupturientibus à L. Papia Popœia impostam fibulam Juvenis laxato aliquis:

3. Quod tamen de sene capulari juvenulam ducente dictum nolim per ea quæ tradit Mecœnas meus *D. D. David Boick. in diss. inaug.*

4. Num siglis hodiè utendum? Quid ni. Sic enim scribimus Senatum Populumq; Romanum hisce characteribus S. P. Q. R. Sed notis uti non licet, quæ, quomodo pinguntur vide *Lexic. Pratei IN VERBO NOTA.*

5. Cum Notarios pub. Instrumentis suis annectere Indictiones neminem lateat, abjectis omnibus Pendekēdecactēridibus ab annis Mundi Indictionum Constantianarum epilogismum relinquere ad oculum demonstrabimus. *v. Scal. 7. de emend. rem. f. 377. & lib. 8. f. 415.*

6. An foemina gravida malacia seu pica laborans, & maritum interficiens, interfectiq; humeros vel brachia (ut nar-

rant

rant Historici) devorans, poena capitali affici possit? Ab-
nuo.

7. Novam Negotiationem quam vulgo das Rippen und
Wippen vocant, nullo jure licitam esse statuo.

8. Num Perillus artifex aenei tauri à Phalaride justè in-
istum sit intrusus? Annuo.

Additamentum ad thes. 80.

Ibi statuimus vestes quotidianas & proprias Viduam,
non teneri cum privignis communicare. Quid vero de nu-
ptialibus & pretiosis statuendum V. G. Noverca mea (uti istae
Harpia assolent) magnâ pecuniæ summâ corrasâ, nedum
patre jamjam alterum pedem in cymba Charontis habente
in scio furatâ, vestes 400. fl. cariores sibi comparavit, quas
Rabulae quidam non conferri debere, suis blaterationibus,
& ficulneis planè ac stramineis rationibus defenderunt, nec
suae assertionis ex legibus vel literam, vel syllabam, vel api-
cem producere potuerunt, ô cœcitatem! ô absurditatem ab-
surdissimam! Nihil dicam quod Parens meus expressè testa-
mento caverit istud hisce verbis: Wenn meine Frau Kin-
des Theil nehmen wirdt / soll sie schuldig seyn / alles einzubrin-
gen / als Kleinodien / Ring / Barschafft / Armband / &c. In
Summa niches außgenommen.

Quisquis vero objecerit vestes non expressè esse nomina-
tas eum talpa cœciorem judico, utpote qui non intelligit,
quod vocabulum OMNE nihil excludat.

Nunc fingam coram Judice Harpijam istam, (cum in-
terrogaretur de pecunia numerata, Wo sie ihre Barschafft
hette) confessam fuisse, pro ea pecunia has vestes sibi compa-
rasse. Et ita istas duplici de jure conferendas esse, luce me-
ridiana clarius & neminem nisi Ignoristam & Ruristu-

multum, qui repagula nostra juris à primo li-
mine non salutavit, contra sentire ju-
dico.

F I N I S.

Verbum & Veritas manent in æternum.

99 A 6944


ULB Halle
002 822 598


3



Vb 17 — Pietro J







DISPUTATIO JURIDICA
DE
PRIORITATE SUCCESSORUM LEGITIMORUM
ex Jure Novellarum, Provinciali ac
Novissimo.

Quam

*Entbea Triados adjutoriò
Suffragante & consentiente*

*Magnificà Nobiliss. & Ampliss. Facultate
Juridicà in incluta & perillustri Thyrigetarum
Academia*

SUB TUTAMINE

Ampliss. Consultiss. & Clariss. Viri

D. N. VALENTINI RIEMERI

Phil. & J. U. D. ac P. P. celeberrimi,
Scabinatus ibidem Adfessoris dignif-
simi

*Patroni & Præceptoris sui certissimi
colendissimi*

Publicè examini subjiciet & pro ingenii tenuitate
propugnabit

ANDREAS CONRADI

Cygnèa- Misnicus.

*In Auditorio Jctorum 17. Cal. Ju: horis
à septima promeridianis.*

Anno æræ Christianæ

et IVrI & MVsIs nostrIs beneDICat IesVs.

JENÆ TYPIS JOHANNIS BEITHMANNI.

